B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

IACOBVS BALDE

LIBER EPODON

EDIDIT

ULRICH WINTER



MONACHII ET LIPSIAE

IN AEDIBVS K. G. SAUR MMII

Bibliographic information published by Die Deutsche Bibliothek
Die Deutsche Bibliothek lists this publication in the
Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data is available
in the Internet at **http://dnb.ddb.de**

Printed in Germany

Gesamtherstellung: Druckhaus „Thomas Müntzer" GmbH, Bad Langensalza
ISBN 3-598-71246-4

CONTINENTVR HOC VOLVMINE

PRAEFATIO

Iacobi Balde librum epodon a me editum priusquam in manus tuas sumpseris, lector benevole, tibi sit necesse paucis verbis cognitum habere. Tria haec sunt, de quibus te certiorem fieri velim. Primum breviter exponam, quid usque adhuc de libro epodon sit requisitum. Deinde autem memoriam editionum narrabo. Tum principia textus edendi tractabo.

Atque igitur Iacobus Balde (1603–1668) inter poetas Latinos non solum recentiorum sed omnium temporum non ultimum locum tenet. Is memoria sua iam nomine Horatii Germanici est appellatus, qui hominibus eiusdem aetatis lyram Venusinam reddidisse dicitur.[1] Profecto et ingenio poetico et inventionis varietate et rerum gravitate excellit. Imprimis carminibus lyricis is dignus est, qui hodie a nobis diligenter evolvatur. Quas res Herder in libro qui Terpsichore inscribitur affirmat.[2]

---

[1] Cf. Barlaeum (1667, p. 910): Iacobus Balde restituit »nobis lyram neglectam diu et intermissam, ut iam merito vocari possi[t] lyricorum scriptor aut potius Boiorum fidicen lyrae, ut ad Horatii verba alludam.«

[2] »Starke Gesinnungen, erhabne Gedanken, goldne Lehren, vermischt mit zarten Empfindungen fürs Wohl der Menschheit und für das Glück seines Vaterlandes strömen aus seiner vollen Brust, aus seiner innig-bewegten Seele. Nirgends buhlt er um Beifall; ein strenger Umriß bezeichnet seine Denkart, auch wo er am sanftesten redet. Er lebte in den Zeiten des dreissigjährigen Krieges, und sah die Jammervollen Scenen desselben. Mit verwundetem Herzen tröstete er die Vertriebenen, richtete die Gesunknen auf; indem er das Schicksal Deutschlands beweinte, suchte er Deutschlands bessern Geist zu wecken, und es zur Tapferkeit, Redlichkeit, Eintracht zu ermahnen. Wie ergrimmt ist er gegen die falschen Staatskünstler!

Balde autem cum ad aulam Maximiliani I. principis electoris Bavarici Monachium sit vocatus, ab 1637 decem fere annos carmina modis Horatianis componit. Quamquam permultis officiis oneribusque fungitur, libros lyricorum et silvarum collectos atque opera quae Philomela et Memmiana dicuntur perficit.[3] Constat Iacobum Balde nullo tempore nisi hoc decennio Quintum Horatium Flaccum fuisse; est summa vi poetica, est nova conscientia sui.

Dicamus iam de lyricis, quae nostrum librum epodon continent. Balde postquam se Monachium contulit, ad libros lyricorum colligendos incumbit. Est primis ab initiis confecturus opus simile collectis carminibus Horatianis, quae sunt anno vicesimo tertio ante Christum natum vulgata. Enimvero scimus lyrica Baldiana singulis libris fieri. Et Henrich (1915, pp. 219–224) dicit singula carmina Baldiana in ordinem temporumque rationem esse redacta. Nam in carminibus libri primi res anni 1637 factae, in carminibus libri secundi res anni 1638, tertii res anni 1639, quarti res anni 1640 ascribi possunt. (Carmina libri epodon unius commemorabo.) Tandem Iacobus Balde anno 1643 Monachii lyricorum libros quattuor et epodon librum unum typis committendos curat. Haec editio definitiva (E_1) apud Cornelii Leysseri heredes divulgatur.[4]

Sequitur porro Iacobi Balde liber epodon ipse, qui apud te, lector studiosissime, introducendus est. Balde ex anno 1638 epodos composuisse videtur[5], unde ostendit se structuram carminum Horatii collectorum esse secuturum. Sed Iacobi Balde liber non solum textus invehentes aut satyricos conti-

---

wie entbrannt für die gesunkne Ehre und Tugend seines Landes! Allenthalben in seinen Gedichten siehet man seine ausgebreitete, tiefe, schneidende Weltkänntniß, bei einer ächt-philosophischen Geisteswürde. In diesem und in mehrerem Betracht ist er ein Dichter Deutschlands für alle Zeiten; manche seiner Oden sind von so frischer Farbe, als wären sie in den neuesten Jahren geschrieben« (1978, pp. 3–4).

[3] Cf. Schäfer (1976, pp. 126–138).

[4] Cf. Dünnhaupt (1990, p. 389).

[5] Cf. Henrich (1915, pp. 219–222).

net[6], verum etiam Horatio maxima varietate rerum argutiaque praestat.[7] Noster Iacobus quamquam Horatium et Sarbievium imitatur, tamen librum epodon praecipuum exigit.[8]

Quid dicam de argumentis? Continet epodon liber viginti odas saepe multis verbis inscriptas[9] et carmen saeculare (XXI), quo liber epodon ac opus lyricorum concluditur. De singulis epodis nunc non multum explicari potest, lector benigne; hoc autem tibi satis esse crediderim.[10] Epodus primus, qui classicum inscribitur, summo odio Turcorum refertus ad bellum gerendum hortatur. Attamen poetae Christiano non licet poesin adhibere, ut se more Archilochio de adversariis aut aemulis aut hostibus vindicet (II). Sunt autem epodi V–VIII quasi cyclica carmina, quae laudem Mariae Oetinganae canunt. Imprimis septimus epodus maxima gloria dignus esse videtur, quia metamorphosin Ovidianam allegorice sententiae Christianae accommodat.[11] Atque breves epodi X et XIII ab ingeniosissimo viro Herder Germanice redduntur.[12] Verumtamen hodie a nobis quartus decimus epodus vix tolerari potest, qui populum Iudaeorum modis taetris foedissimisque detestatur et opiniones Iacobi Balde aetatis falsas indicat. Sed tandem epodus quintus decimus cuppedium Bavaricum continet. Namque is nos valde delectat describens aedis cathedralis Frisingae summum altare a Petro Paulo Rubens pictum.[13] Postremus

[6] Documento illustri sunt epodi IV, IX, XI, XII, XVII, XVIII, XIX.

[7] Cf. Stroh (1989, pp. 92–93).

[8] Quo modo Balde ad Horatium et Sarbievium pertineat, disserit breviter Schäfer (1978, pp. 172–173).

[9] Cf. infra indicem epodon.

[10] Totus liber epodon est neque illustratus neque Germanice redditus. Grundke (1987) epodos I–X illustrat et reddit. Westermayer (1998, p. 50*) perpauca studia libro epodon tributa indicat.

[11] Quo de epodo Schäfer (1986, pp. 127–156) summa industria disputat.

[12] Cf. eius librum qui Terpsichore inscribitur (1978, pp. 21 et 266).

[13] Cf. Hess (1987, pp. 207–220).

autem epodus, qui ataxia nostri saeculi sive mundi ad occasum vergentis signa inscribitur, consuetudinem illorum hominum vitaeque mores verbis aptissimis demonstrat.

Argumentis epodon expositis mentionem generis dicendi in epodis adhibiti faciam. Constat igitur Iacobum Flacco varietate colorum antecellere. Is enim non solum verbis lyricis, sed etiam epigrammaticis satyricisque utitur. Cuius virtutes sunt lepos, nervositas, brevitas, urbanitas, argutia.

Adde artem metricam ac poeticos numeros. Balde varietatem summa diligentia industriaque observat. Plurimi quidem epodi pedibus Archilochiis stant.[14]

Venio nunc ad memoriam editionum, quae epodos continent. Libri manu scripti desiderantur. Itaque nulli libri nisi typis impressi adhibendi sunt. Quos omnes brevi in conspectu volo ponere.

Adhuc in septendecim editionibus sive omnino sive partim liber epodon est vulgatus, isque semper una cum reliquis libris lyricorum collectis. Iacobo Balde vivo quinque editiones parantur: cum editio definitiva (E_1) et E_3 et E_4, tum liber qui Odae Partheniae inscribitur (OP)[15] et pars operum omnium prima (C). Saeculo duodevicesimo tres editiones inveniuntur: duo collectanea in usum scholasticum edita (J_1, J_2), et primus tomus operum omnium, quae sunt post mortem Iacobi Balde Monachii typis impressa et anno 1729 mediam in lucem prolata. Denique in octo editionibus recentioribus librum epodon exscriptum videmus: Saeculo undevicesimo Orellius textum epodon II, VII, X duobus collectaneis (O_1, O_2) recipit. Praeterea tres novae editiones parantur, eaeque Mülleri (M_1, M_2) et Hipleri (H). Proximo autem saeculo editiones M_2 et C_p rursus typis veteribus divulgantur: m_2 et c_p. Huc accedit, quod Pörnbacher anno 1986 textum epodon V–VIII secunda parte Bibliothecae Bavaricae excepit (P).

---

[14] Cf. infra metrorum conspectum.

[15] Hic liber epodos V–VIII, XIII, XV, XVII, XXI continet (cf. infra descriptionem exemplaris adhibiti.

Conspectu editionum omnium posito duae editiones praecipue indicandae sunt: E_2 et E_5. Eas enim ut apud Dünnhaupt[16] probatas videmus, sic in bibliothecis non vel non iam reperire possumus.[17] Una Monachii anno 1645 typis impressa aliquod exemplar editionis definitivae (E_1) fere immutatum esse videtur[18], altera Amstelodami anno 1646 impressa nescio quo pacto a nostra editione E_4 derivata.

Sed hactenus de editionibus. Nunc quarum singula exemplaria ratione viaque sunt describenda.[19] Primum indicabo exemplar, quod adhibuerim, quo siglo significetur ac qua forma (id est editio sive pars operum omnium sive collectanea) et ubi et quando typis sit impressum. Deinde exponam a) quibus verbis exemplar inscribatur; b) una cum numero paginae quo titulo liber epodon instruatur; c) una cum numeris paginarum quos epodos exemplar contineat; d) quod exemplar in textu critico constituendo sit a me adhibitum, testimoniis bibliographicis adiectis.

E_1

editio definitiva – Monachii 1643

a) IACOBI BALDE | è | SOCIETATE IESV | LYRICORVM | Lib. IV. | EPODON | Lib. vnus.
b) p. 271 IACOBI BALDE | E SOCIETATE IESV | LIBER EPODON.
c) pp. 271–318 E. I–XXI

[16] **E_2**: Dünnhaupt 14.2 (1990, p. 389); **E_5**: Dünnhaupt 14.5 (1990, p. 390).

[17] Certior per bibliothecarios universitatis Eistettensis factus sum ne unum quidem exemplar earum editionum exstare.

[18] Apud Dünnhaupt (1990, p. 389) verba editionis inscripta legimus: »IACOBI | BALDE | ... | LYRICORVM | Lib. IV. | EPODON | Lib. vnus.« Atque id adicitur: »Nachdruck; wegen des identischen Kupfertitels nur durch das Kolophon vom Erstdruck [sc. **E_1**; *UW*] zu unterscheiden.«

[19] Sequor Tarot (1971, pp. 373–374), Roloff (1972, pp. 53–54), Kraft (1990, pp. 162–163). Qui consilia idonea ad editiones textuum saeculi, quod »Frühe Neuzeit« vocatur, describendas explicant.

d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 04/1 N II 909; cf. Dünnhaupt 14.1 (1990, p. 389), Westermayer 12 (1998, p. 20*)

E3

editio – Coloniae Agrippinae 1645

a) JACOBI BALDE | è | SOCIETATE JESU | LYRICORUM | LIBRI IV, | & | EPODON LIB. UNUS. | EDITIO SECUNDA. | auctior & emendatior. | COLONIAE UBIORUM, | Apud JODOCUM KALKOVIUM. | M DC XLV. | Cum Privilegio Caesareo.
b) p. 230 [recte 280] JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | LIBER EPODON.
c) pp. 230 [recte 280]–329 E. I–XXI
d) Wurtembergensis Bibliotheca Stutgardiae – Fr. D. oct. 5461; cf. Dünnhaupt 14.3 (1990, p. 389), Westermayer 12 (1998, p. 20*)

E4

editio – Coloniae Agrippinae 1646

a) JACOBI BALDE | è | SOCIETATE JESU | LYRICORUM | LIBRI IV, | & | EPODON LIB. UNUS. | EDITIO SECUNDA | auctior et emendatior. | COLONIAE UBIORUM, | Apud JODOCUM KALKOVIUM. | M DC XLVI. | Cum Privilegio Caesareo.
b) p. 230 [recte 280] JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | LIBER EPODON.
c) pp. 230 [recte 280]–329 E. I–XXI
d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 04/1 N II 910; Dünnhaupt 14.4 (1990, p. 390), Westermayer 12 (1990, p. 20*)

OP

liber qui Odae Partheniae inscribitur – Monachii 1648

a) Iac. Balde S. I. | De Laudib'. | B. Mariae. V. | ODÁE PARTHENIAE | Wolfgang Kilian sculp. | ANNO M D.C. XLVIII.
b) titulus deest
c) pp. 17–20 OP XIV = E. XV
   pp. 27–28 OP XXI = E. V
   pp. 29–30 OP XXII = E. VI
   pp. 30–34 OP XXIII = E. VII
   p. 34 OP XXIV = E. VIII

p. 46 OP XXXII = E. XVII
pp. 79–80 OP LI = E. XIII
pp. 117–119 OP LXVIII = E. XXI

d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – N II 912; cf. Dünnhaupt 18 (1990, p. 392), Westermayer 16 (1998, p. 22*)

C

opera omnia auctore Iacobo Balde vivo – Coloniae Agrippinae 1660

a) JACOBI | BALDE | è | SOCIETATE IESV | TOMUS I. | Complectens | LYRICORUM LIBROS IV. | EPODON LIB. UNUM, | & | SILVARUM LIBROS IX. | COLONIAE UBIORUM, | Apud JOANNEM BUSAEUM | M. DC. LX. | Cum Privilegio Caesareo.
b) p. 260 JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | LIBER EPODON
c) pp. 260–306 E. I–XXI
d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – N II 803; cf. Dünnhaupt 1 et 14.6 (1990, pp. 380 et 390), Westermayer (1990, p. 17*)

J_1

collectanea – Coloniae Agrippinae 1706

a) JACOBI | BALDE | E | SOCIETATE JESU, | LYRICORUM LIBRI IV. | EPODON LIBER I. | ET | SILVARUM LIBRI IX. | In commodiorem Studiosae imprimis Ju-|ventutis usum, et utilitatem | seorsim editi. | COLONIAE AGRIPPINAE. | Apud FRANCISCUM METTERNICH, | Bibliopol. Under gölden Waagen. | ANNO M.D.CC.VI.
b) p. 260 JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | LIBER EPODON.
c) pp. 260–290 E. I–XXI
d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 04/1 SN II 427; cf. Dünnhaupt 14.7 (1990, p. 390)

J_2

collectanea J_1 denuo vulgata – Coloniae Agrippinae 1720

a) JACOBI | BALDE | E | SOCIETATE JESU, | LYRICORUM LIBRI IV. | EPODON LIBER I. | ET / SILVARUM LIBRI IX. | In commodiorem Studiosae imprimis | Juventutis usum, et utilitatem | seorsim editi. | COLONIAE

AGRIPPINAE, | Apud WILHELMUM METTERNICH, | Bibliopol. sub signo Gryphi Anno 1720. | Cum Permissu Superiorum.

b) p. 270 JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | LIBER EPODON.

c) pp. 270–318 E. I–XXI

d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 04/1 SN II 811; cf. Dünnhaupt 14.8 (1990, p. 380)

C_p

opera omnia post mortem Iacobi Balde typis impressa – Monachii 1729

a) R. P. | JACOBI BALDE | è Societate JEsu | OPERA | POETICA | OMNIA | Magnam partem nunquam edita; | è MM. SS. AUCTORIS | Nunc primùm collecta, | ET IN | TOMOS VIII. | Distributa. | TOMUS I. | CONTINET LYRICA. | SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO. | Impensis | MARTINI HAPPACH, | ET FRANCISCI XAV. SCHLÜTTER, | Bibliopol. | MONACHIJ, Typis Joannis Lucae Straubij, Anno 1729.

b) p. 261 JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | LIBER EPODON.

c) pp. 261–308 E. I–XXI

d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 04/1 SN II 739; cf. Dünnhaupt 3 (1990, p. 381), Westermayer (1998, p. 18*)

O_1

collectanea – Turici 1805

a) JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | CARMINA SELECTA | EDIDIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT | JO. CONRADUS ORELLIUS | DIACONUS TURICENSIS. | TURICI, 1805. | LITTERIS ORELII, FÜSSLINI ET SOCII.

b) p. 220 EX EPODON LIBRO.

c) pp. 220–228 E. II, VII, X

d) Bavarica Bibliotheca Monachii – P. o. lat. 57; cf. Westermayer 12 (1998, p. 20*)

O_2

collectanea O_1 aucta – Turici 1818

a) JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | CARMINA SELECTA | EDIDIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT | JOANNES

CONRADUS ORELLIUS | PAROCHUS AD AEDEM SPIRITUS SANCTI ET COLLEGII | TURICENSIS CAROLINI CANONICUS. | EDITIO ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR. | TURICI 1818. | LITTERIS ORELII, FUSSLINI ET SOC.

b) p. 220 EX EPODON LIBRO.

c) pp. 220–228 E. II, VII, X

d) Bibliotheca Universitatis Gottingensis – P. lat. rec. II 3371; cf. Westermayer 12 (1998, p. 20*)

M_1

editio moderna – Monachii 1844

a) JACOBI BALDE | SOC. JES. | CARMINA LYRICA. | RECOGNOVIT | ANNOTATIONIBUSQUE | ILLUSTRAVIT | P. BENNO MÜLLER O. S. B. | PHIL. ET SS. THEOL. DOCTOR, H. T. GYMN. PROF. ET | RECTOR. | PRAEFIXA EST POETAE IMAGO. | MONACHII, 1844.

b) p. 400 JACOBI BALDE S. J. | LIBER EPODON.

c) pp. 400–466 E. I–XXI

d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – GH 3126 C 28.844; cf. Westermayer 12 (1998, p. 20*)

H

editio moderna – Monasterii 1856

a) JACOBI BALDE S. J. | CARMINA LYRICA. | EDIDIT | FRANCISCUS HIPLER. | EX OFFICINA THEISSINGIANA. | MONASTERII MDCCCLVI.

b) p. 296 JACOBI BALDI S. J. | LIBER EPODON.

c) pp. 296–346 E. I–XXI

d) Bibliotheca Universitatis Wirceburgiae – L. rr. d. 93; cf. Westermayer 12 (1998, p. 20*)

M_2

editio M_1 typis novis impressa – Ratisbonae 1884

a) JACOBI BALDE | SOC. JES. | CARMINA LYRICA. | RECOGNOVIT | ANNOTATIONIBUSQUE | ILLUSTRAVIT | P. BENNO MÜLLER O. S. B., | PHIL. ET SS. THEOL. DOCTOR, H. T. GYMN. PROF. ET | RECTOR. | PERMITTENTE SUPERIORE. | EDITIO NOVA. | RATISBONAE. | ALFRED COPPENRATH.

b) p. 400 JACOBI BALDE S. J. | LIBER EPODON.

c) pp. 400–466 E. I–XXI
d) Bibliotheca Universitatis Ienensis – KPH GB 1350 a-01 M 946 1884; cf. Westermayer 12 (1998, p. 20*)

m_2

M_2 denuo vulgata – Hildeshemi et Novi Eboraci 1977
a) Jacob Balde | Carmina Lyrica | Recognovit annotationibusque illustravit | P. Benno Müller | 1977 | Georg Olms Verlag | Hildesheim · New York
b) p. 400 JACOBI BALDE S. J. | LIBER EPODON.
c) pp. 400–466 E. I–XXI
d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 64/GH 3126 C 28.884; cf. Westermayer 12 (1998, p. 20*)

P

collectanea – Monachii 1986
a) DIE LITERATUR DES BAROCK | AUSGEWÄHLT UND EINGELEITET VON HANS PÖRNBACHER | Süddeutscher Verlag München 1986
b) titulus deest
c) pp. 152–161 E. V–VIII
d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 64/GE 6711-1; cf. Westermayer (1998, p. 18*)

c_p

C_p denuo vulgata – Francoforti ad Moenum 1990
a) Jacob Balde S. J. | Opera Poetica Omnia | Band I | Neudruck der | Ausgabe München 1729 | herausgegeben und | eingeleitet von | Wilhelm Kühlmann | und Hermann Wiegand | Keip Verlag | Frankfurt am Main
b) p. 261 JACOBI BALDE | E SOCIETATE JESU | LIBER EPODON.
c) pp. 261–308 E. I–XXI
d) Bibliotheca Universitatis Eistettensis – 63/FZ 14001 O 61.990-1; cf. Westermayer (1998, p. 18*)

Restant principia textus edendi. In textu atque apparatu critico constituendo nullae editiones sunt adhibitae nisi eae, quae Iacobo Balde vivo typis impressae sunt (E_1, E_3, E_4, OP, C). Spatium igitur temporis ab anno 1643 usque ad 1660 spectandum est. Posterae quidem editiones (J_1, J_2, C_p)

nullius momenti critici, sed dignae sunt, quae studiis novis cognoscantur ac laudentur. Inde efficitur, ut stemma omnium editionum explanari possit.

Ecce autem noster textus criticus! Consistit in C, quam editionem novissimam Balde typis imprimendam curavit.[20] Cuius arbitrium atque testamentum hac editione magis quam ceteris editionibus esse perfectum videtur.[21] Illa C ipsa cum auctorem et lectorem coniungit, tum in omnia tempora opus libri epodon confirmat. Itaque litteras et formas fere immutatas conservo, verborum atque sententiarum notas interpunctas quam rarissime commuto.

Vero altera via epodon titulos, altera textum ipsum restituo. Illos nullis rebus mutatis versatim scribo, hunc ita edo: Litterae et formae ut normis Latinitatis modernis usitatae redduntur. Nomina propria – excepta littera initiali – nullis litteris nisi minutis scribuntur. Verborum atque sententiarum notae interpunctae servantur, nisi forte nobis difficillimae cognitu sunt. Ubique signis criticis datis et menda delentur et lacunae supplentur. Sive in textu ipso sive in apparatu critico omnes lectiones indicantur, quae ad rationem scribendi vel interpungendi pertinent.

Iam nullo verbo excepto omnes lectiones editionum ex E_1 usque ad C ac rarissimis locis etiam editionum Orellii, Mülleri, Hipleri noster apparatus criticus indicat. Qui quam accuratissime rationem textus Iacobi Balde libri epodon, qui a me est editus, ante oculos lectoris reddit.

Haec habui de Iacobi Balde librum epodon a me editum quae dicerem. Attamen facere non possum, quin gratias agam Christiano Rank, qui in computatro utendo mihi maximo auxilio fuit.

Scribebam mense Januario anni 2002 UW

---

[20] Herder quoque **C** adhibuit, cum *Terpsichoren* componeret.

[21] Id quod Germanice »Wille des Autors« significatur.

BIBLIOTHECA LIBRORVM QVI ADFERVNTVR

Caspar Barlaeus, Epistolarum Liber, Pars prior, Amstelodami 1667.
Gerhard Dünnhaupt, Personalbiographien zu den Drucken des Barock, Erster Teil: Abele-Bohse, Stuttgart ²1990.
Armin Grundke, Untersuchungen zu Jacob Baldes Epodendichtung, Hausarbeit zur Erlangung des Magistergrades an der Ludwig-Maximilians-Universität, München 1987.
Anton Henrich, Die lyrischen Dichtungen Jakob Baldes, Strassburg 1915.
Johann Gottfried Herder, Sämtliche Werke XXVII – herausgegeben von Bernhard Suphan, Poetische Werke – herausgegeben von Carl Redlich – 3, Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Berlin 1881, Hildesheim und New York ²1978.
Günther Hess, »Ut pictura poesis«, Jacob Baldes Beschreibung des Freisinger Hochaltarbildes von Peter Paul Rubens. In: Albrecht Weber (H), Handbuch der Literatur in Bayern, Regensburg 1987, pp. 207–220.
Herbert Kraft, Editionsphilologie, Mit Beiträgen von Jürgen Gregolin, Wilhelm Ott und Gert Vonhoff, Unter Mitarbeit von Michael Billmann, Darmstadt 1990.
Hans-Gert Roloff, Probleme der Edition barocker Texte. In: Jahrbuch für Internationale Germanistik 4,2 (1972) pp. 24–69.
Eckart Schäfer, Deutscher Horaz, Conrad Celtis, Georg Fabricius, Paul Melissus, Jacob Balde, Die Nachwirkung des Horaz in der neulateinischen Dichtung Deutschlands, Wiesbaden 1976.
–, »Die Verwandlung« Jacob Baldes, Ovidische Metamorphose und christliche Allegorie. In: Jean-Marie Valentin (H), Jacob Balde und seine Zeit, Akten des Ensisheimer Kolloquiums 15.–16. Oktober 1982, Bern et al. 1986, pp. 127–156.
Wilfried Stroh, [Jacob Balde,] Lyricorum Libri Quattuor. Epodon Liber Unus. In: Walter Jens (H), Kindlers Neues Literaturlexikon, Band 2: Ba-Bo, München 1989, pp. 92–93.
Rolf Tarot, Probleme der Edition von Texten des 16. und 17. Jahrhunderts. In: Gunter Martens, Hans Zeller (H), Texte und Va-

rianten, Probleme ihrer Edition und Interpretation, München 1971, pp. 371–384.

Georg Westermayer, Jacobus Balde (1604–1668), sein Leben und seine Werke, Photomechanischer Nachdruck der Ausgabe München 1868, herausgegeben von Hans Pörnbacher und Wilfried Stroh, Mit einem Nachwort zur Ausgabe, einem Lebensbild Georg Westermayers, einem Register – bearbeitet von Veronika Lukas – und einer ausführlichen Bibliographie von Wolfgang Beitinger und Wilfried Stroh, Amsterdam und Maarssen 1998.

EDITIONVM CATALOGVS

ordine temporis observato

E_1	editio definitiva – Monachii 1643
E_2	editio – Monachii 1645
E_3	editio – Coloniae Agrippinae 1645
E_4	editio – Coloniae Agrippinae 1646
E_5	editio – Amstelodami 1646
OP	liber qui Odae Partheniae inscribitur – Monachii 1648
C	opera omnia auctore Iacobo Balde vivo – Coloniae Agrippinae 1660
J_1	collectanea – Coloniae Agrippinae 1706
J_2	collectanea J_1 denuo vulgata – Coloniae Agrippinae 1720
C_p	opera omnia post mortem Iacobi Balde typis impressa – Monachii 1729
O_1	collectanea – Turici 1805
O_2	collectanea O_1 aucta – Turici 1818
M_1	editio moderna – Monachii 1844
H	editio moderna – Monasterii 1856
M_2	editio M_1 typis novis impressa – Ratisbonae 1884
m_2	M_2 denuo vulgata – Hildeshemi et Novi Eboraci 1977
P	collectanea – Monachii 1986
c_p	C_p denuo vulgata – Francoforti ad Moenum 1990

INDEX EPODON

SIGLA

textui epodon inserui

[ ]	delendum
< >	addendum

in apparatu critico adhibui

/	in titulo versus convertitur
—	locum integrae lectionis sive omnino sive partim obtinet
...	verba omissa significat
C	operum omnium tomus primus 1660
E_1	editio definitiva Monachii 1643
E_3	editio 1645
E_4	editio 1646
OP	Iacobi Balde liber qui inscribitur Odae Partheniae 1648
A	consensus omnium testium
E	E_1, E_3, E_4
S	E_1, OP, C
add.	addidit, addiderunt
om.	omisit, omiserunt

raris locis commemoravi singulas lectiones harum editionum

Hipler	editio 1856
Müller	editiones 1844, 1884, 1977
Orelli	editiones 1805 et 1818

IACOBI BALDE LIBER EPODON

ODE I.
CLASSICVM
AD ORDINES S. R. IMPERII.
Vt intestini Belli sedem è Patria in Turciam transferant.

Quid iuvat in proprium corpus saevire, Quirites,
    Hostisque nil parcentis, heu, fungi vice?
In patria morteis, et vestras perditis iras:
    Efferte dignis commodandas stragibus.
5 Finibus imperii sonteis efferte triumphos,
    Nocentiori diluendos sanguine.
Ire decet, qua Thraces arant: ubi Bosporus ingens
    Ad summa tollit astra nimbosum caput.
Hic habitat cervix toto mucrone rotanda.
10 In huius omnis saeviat fibras chalybs.
Iste odium mundi, mundo ulciscente, meretur
    Cum stirpe tota totus exscindi nepos.
Quis nescit, quo se gens haec promoverit ortu?
    Vt illa vestris laeta damnis creverit?

I. Titulus CLASSICVM] —UM E_{34} | Turciam] Turc-/ciam *E*
1 Quid] QVid E_1C QUid E_{34} | iuvat] iuuat E_1 j— $E_{34}C$ | saevire] saeu— E_1 | Quirites] QVIRITES E_1C QUIRITES E_{34} || **2** Hostisque] Hostí—E_1C | fungi] frangi *C Müller Hipler* || **3** patria] P— *A* | et] & *A* || **5** imperii] IMPERII *A* || **7** qua] quâ *A* | ubi] v—E_1 || **9** Hic] Hîc E_1C | cervix] ceruix E_1 || **10** huius] hujus $E_{34}C$ | omnis] ó— E_4 | saeviat] saeuiat E_1 || **11** mundi] M— *A* | mundo] M— *A* | ulsciscente] v— E_1 || **12** tota] —â *C* | exscindi] exc— E_1 || **13** gens] G— *A* | promoverit] promou— E_1 || **14** Vt] Ut E_{34} | creverit?] creuerit! E_1 —! E_{34}

15 E tenui nido pennas Osmannus in orbem
Late tetendit, et volando latius:
Romanis aquilis infra sua sceptra relictis,
Spretoque vani fulminis bitumine.
Heu, ubi nunc florens mutato Graecia vultu?
20 Maeret probroso sub Gelonorum iugo.
Et campi, et montes, et silvae, et flumina lugent,
Populique et urbes, et tenaces insulae.
Lugent Thessaliae saltus, et Pindus et Othrys,
Athosque et Ossa, cumque Hymetto Pelius.
25 Te quoque barbaries, Helicon doctissime, s<a>epsit:
Quod Phoebus unum forsan haud praesenserat.
Quasque feras nutris; nunquam, licet Orpheus alter
Cantet, sonantis voce mansuescent lyrae.
Perditus Eurotas, liquidique Alph[a]eus amoris,
30 Luctante puppes Thracias tergo ferunt.
Inache, quaesita est olim tibi filia: sed nunc
Amissus ipse, gemina defles funera.
Herculeis frangi malles, Acheloe, lacertis;
Libidinoso quam subesse Concano.

15 Osmannus] OSMANNVS E_1C OSMANNUS E_{34} | orbem] O— *A* || **16** Late] —è E_1C | et] & *A* | latius] —ùs *A* || **17** aquilis] AQVILIS E_1C AQUILIS E_{34} || **18** Spretoque] —óque E_1C | fulminis] F— *A* || **19** ubi] v— E_1 | Graecia] GRAECIA *A* | vultu?] —: E_{34} || **20** Maeret] Mo— *A* | iugo] j— $E_{34}C$ || **21** et] & *A* | et] & *A* | silvae] syluae E_1 | et] & *A* || **22** Populique] —íque E_1C | et] & *A* | urbes] V— E_1C U— E_{34} | et] & *A* | insulae] I— *A* || **23** Thessaliae] THESSALIAE *A* | et] & *A* | et] & *A* || **24** Athosque] —ósque E_1C | et] & *A* | cumque] cú— E_1C || **25** barbaries,] *om. comma* E_{34} | Helicon] HELICON *A* | doctissime,] *om. comma* E_{34} | s<a>epsit] sepsit *E* || **26** Phoebus unum forsan] P— v— f— E_1C P— u— f— *Müller Hipler* forsan unum Phoebus E_{34} | haud] —t *A* || **27** Quasque] Quá— *C* | licet] —èt *C* || **28** lyrae] L— *A* || **29** liquidique] —íque E_1C | Alph[a]eus] Alphaeus *A* || **30** Luctante puppes … tergo] Penêusque tergo … puppes E_1 || **33** Acheloe] —ë E_{34} —é *C* || **34** quam] quàm *A*

35 Addidit et Lemno Scyron, Lesbonque, Rhodonque:
Qui Chia vina, potat idem Cypria.
His fruitur praedo, cuius Bithynia tota est;
Et quidquid inter funditur Chalcedona.
Indomitos idem Pisidas parere coegit.
40 Paret subactus Cappadox, paret Cilix.
Nil p<a>ene ex toto superest oriente decoris,
Quod non recenti Thrax rapina polluit.
Ivit in amplexus turpeis aurora tyranni,
Deserere castum iussa Tithoni torum.
45 Non tam mane gemens occisum Memnona plorat,
Quam parricidae vim, suumque dedecus.
Prima dies, nostris modice libanda fenestris,
Infecta diro prodit huius halitu.
Vnde per Europam corrupto sidere pestes,
50 Centumque eodem fonte fluxerunt mala.
At neque devexo petulans amentia soli
Parcit, nec ulla raptor exspirat mora.
Pannoniam quoties ferro populatus et igni,
Venetumque fineis Marte cuncta miscuit!
55 Eheu, rasa caput famulatur Buda tiarae:
Regalis Alba periit, et Strigonium.
Ausus et Austriacam subter penetrare Viennam,
Quantum minarum fossor eiecit solo!

35 et] & *A* | Lesbonque] –ónque E_1C | Rhodonque] –ónque E_1C || **37** praedo] P– *A* | cuius] cujus $E_{34}C$ || **39** parere] –ére *C* | coegit] coëgit *A* || **41** p<a>ene] paenè E_1 penè $E_{34}C$ | oriente] ORIENTE *A* | decoris] –óris *C* || **42** rapina] –â *C* || **43** Ivit] Iu– E_1 | aurora] AVRORA E_1C AURORA E_{34} | tyranni] T– *A* || **44** iussa] j– $E_{34}C$ || **45** mane] manè E_1C || **46** Quam] Quàm *A* | suumque] suú– E_1C || **47** modice] modicè E_1C || **48** huius] hujus $E_{34}C$ || **49** Vnde] U– E_{34} || **50** Centumque] –úmque E_1C || **51** devexo] deu– E_1 | soli] S– *A* || **52** ulla] v– E_1 –â *C* | mora] –â *C* || **53** Pannoniam] PANNONIAM *A* | et] & *A* || **54** Venetumque] VENETVMque *A* || **55** tiarae] T– *A* || **56** periit] –ijt E_1 | et] & *A* || **57** et] & *A* | Viennam] VIENNAM *A* || **58** eiecit] ej– $E_{34}C$

Servorum lamenta querar, tristeisque catastas,
60 Infraque scalam vincla captivi gregis?
Mors miseris optanda quidem, sed amata negatur;
Et maesta magnis vita mactatur malis.
Ergo homines ritu pecorum, terraque marique
Sparis aguntur, aut trahuntur cannabe.
65 Passim Nicopoli resonant immane catenae,
Et Christianus influit sanguis foro.
Antiochi muros intra caulasque Damasci,
Merx flenda v[a]enit atque flens, et vapulat.
Delectu rabies gaudet. formosior aetas
70 Mollita cultris, non amare cogitur.
Deformis, tanto pulc<h>ris felicior annis,
Graveis frementis tolerat insultus [h]eri,
Scinditur, et talo sic castigatur ab imo;
Vt macerante plaga verminet sale.
75 Femina nobilior, servata in pel[l]icis usum;
Caveis ut olim bella clauditur fera.
Deterior pellis, praedae in fastidia cedit,
Formamque praesens sexus absentem luit:
Damnatusque fame, duris aut sudat aratris,
80 Aut discit ovibus invidere pascua.
Servi in transtra cadunt. illos rostrata triremis,
Medioque ponto durus exercet labor.

59 Servorum] –uorum E_1 | tristeisque] –ísque E_1C || **60** Infraque] –áque E_1C | captivi] –ui E_1 || **61** negatur;] –: E_{34} || **62** maesta] mo– *A* || **63** terraque] –áque E_1C | marique] –íque E_1C || **65** immane] immannè E_1 immanè $E_{34}C$ || **67** caulasque] –ásque E_1C || **68** v[a]enit] vaenit *A* | et] & *A* || **71** tanto] –ò E_1C || **72** Graveis] Grau– E_1 | [h]eri] Heri *A* || **73** et] & *A* || **74** Vt] Ut E_{34} || **75** Femina] Fae– E_1 | usum] v– E_1 || **76** Caveis] Cau– E_1 | ut] vt E_1 || **78** Formamque] –ámque E_1C || **79** Damnatusque] –úsque E_1C || **80** ovibus] ou– E_1 | invidere] inu– E_1 || **81** Servi] –ui E_1 | cadunt.] *om. punctum* *C* || **82** Medioque] –óque E_1C

Vixque fatigati respirant: cum male nautas
  Terribilis ultor multat, ac remos ciet:
85 Fortiter impacti strident in terga cameli,
  Crepante ventris tauriformi tympano.
Teutoniae proceres, vosque o, quicunque cruore
  Gaudetis uti perditorum Teutonum:
Ista, precor, vestram moveant spectacula mentem:
90 Cur (heu pudendum) civis in civem ruit?
Si fera bella placent, placeant et opima, suasque
  Meritura laudeis ac secundos auspices.
Caedibus Odrysiis iustum satiate dolorem.
  Mergatur avida fonte Strymonio sitis.
95 Pars autem vestri petitur quotacunque Gradivi,
  Vt Turca toto pereat expulsus die?
Non opus est Geticae vires adhibere ruinae,
  Cum scelere quantas vestra clades exigit,
Sufficit immodici centesima portio belli,
100 Et ira deses, nullius cotis memor.
Hoc, quem fuderunt quat<t>uor iam sanguine lustra,
  Quoties Eoum potuit acquiri caput!
Vos Constantini summa iam sede locati,
  Regeretis uno duplicem nutu polum.
105 Iret ab occasu Romanum nomen ad ortum:
  Et ubique Caesar diceretur Flav<i>us.

83 Vixque] Ví— E_1C | cum] cùm E_1C | male] malè *A* || **84** ultor] v— E_1 || **87** Teutoniae] TEVTONIAE E_1 TEUTONIAE $E_{34}C$ | proceres] P— *A* | vosque] vó— E_1C | o] ô *A* || **88** uti] vti E_1 || **89** moveant] mou— E_1 || **90** pudendum] —! E_{34} | civis] ciuis E_1 | civem] ciuem E_1 || **91** placent, placeant] placeant, placent *Müller* | et] & *A* | suasque] suá— E_1 || **93** Odrysiis] —ijs E_1 | iustum] j— $E_{34}C$ || **94** avida] au— E_1 || **95** Gradivi] —ui E_1 || **96** Vt] Ut E_{34} || **98** exigit,] —. E_{34} || **100** ira] ita E_{34} || **101** iam] j— $E_{34}C$ | lustra] L— *A* || **103** Constantini] CONSTANTINI *A* | summa] —â *C* | iam] j— $E_{34}C$ || **104** uno] v—E_1 | polum.] polum E_{34} || **105** occasu] O— *A* | Romanum] ROMANVM E_1 ROMANUM $E_{34}C$ | nomen] NOMEN *A* | ortum] O— *A* || **106** ubique] v—E_1 | Caesar] CAESAR *A* | Flav<i>us] FLAVIVS E_1 FLAVIUS E_{34} FLAV<I>US *C*

Vester Halys, vester Tigris foret: Aulide portu,
Iam vestra staret classis in Boeotia.
Vltra Caucaseas, et Tauri claustra, pruinas
110 Spoliis superbus miles isset barbaris.
Qui nunc mentis inops, patriaeque in finibus haerens,
Seu vincat hostem, sive vincatur, furit.
Stultitiae genus est peilis opponere peila;
Et avis nepotes, atque natos patribus:
115 Spicula cum possent aliena in viscera mergi,
Laudante caelo teste ferientis manum.
At neque militiae tali sua laurea constat;
Nec digna ferrum nundinatur praemia.
Pro veteri claustro, vilis pro caespite glebae,
120 Sterilique saltu tanta sudant crimina.
Pinguius o quanto daret uber Achaia: quanto
Fertilior illis nascitur campis seges!
Vitibus arva rubent: plenisque canalibus exit,
Et navigando spumat autumnus lacu.
125 Innumeris auri venis secreta coruscat,
Partuque tellus gestit exsolvi suo.
Arma modo in diros convertite Bistonas, arma.
Opulenta nullam praeda destituet famem,
Irruite, et fatis, et vestro credite vati:
130 Ne dissidenteis occupet prior Scytha.
Inferiis totam, sociis solatia caesis,
Tot liberorum millibus gentem date.

108 Iam] Jam E_{34} || **109** Vltra] U— E_{34} | et] & *A* || **110** Spoliis] — ijs E_{1} | isset] î— *C* || **111** patriaeque] P—éque E_{1} P— $E_{34}C$ || **112** sive] siue E_{1} || **114** avis] auis E_{1} || **115** cum] cùm $E_{1}C$ || **116** caelo] co— E_{34} | manum.] *om. punctum* E_{34} || **120** Sterilique] —íque $E_{1}C$ || **121** o] ô *A* | quanto] —ò *A* | uber] v—E_{1} | Achaia] ACHAÏA *E* ACHAIA *C* | quanto] —ò *E* || **123** arva] arua E_{1} | plenisque] plenísque $E_{1}C$ || **124** navigando] nau— E_{1} | autumnus] A— $E_{1}C$ Auct— E_{34} || **126** Partuque] —úque $E_{1}C$ | exsolvi] —ui E_{1} || **127** modo] —ò *A* | convertite] conu— E_{1} || **128** famem,] —. E_{34} || **129** et] & *A* | fatis] F— *A* | et] & *A* | vati] V— *A* || **131** Inferiis] —ijs E_{1} | sociis] —ijs E_{1}

Effetas Veneris pecudes, recutitaque Lunae[.]
Armenta, laetis submovete pascuis.
135 Alcides veros Othomannica sentiat hydra:
Ne viperino colla trunco pullulent.
Si pelagus tentare placet; fluitantia venti
Iam bella spirant, et petunt stipendium.
Spondet opem boreas, et mobilis Africus alis:
140 Notusque et eurus lit[t]ore accincti sedent,
immensam Oceano stragem renovare parati:
Qualem Corinthus vidit olim territa.
Cum super Hispanas acies victoria sedit,
Siderea pulc<h>rae similis ora virgini.
145 T<h>reiciosque canes in gurgite Naupactaeo
Oppressit altis, susque deque, fluctibus.
Ite alacres, plenasque viris infundite puppes.
Praestabit ipse tuta Nereus aequora.
Iam buccas inflat toto patre turgidus auster,
150 Siccasque pennas spargit ingenti salo.
Desuper armatis in Turcas nubibus aether,
Piceisque taedis atra tempestas ruet.
Vobis (omen enim pronum est deducere caelo)
Manifesta dextro signa fulgent Castore;
155 Hortanturque viam. Vadant, proclamat Orion.
Et acuta primus astra vagina eripit,

133 Effetas] Effaetas E_1 || **134** submovete] –uete E_1 || **135** hydra] H– *A* || **138** Iam] Jam *A* | et] & *A* || **139** boreas] B– *A* | et] & *A* || **140** Notusque] –úsque E_1C | et] & *A* | eurus] E– *A* || **141** renovare] –uare E_1 || **142** Corinthus] CORINTHVS E_1C CORINTHUS E_{34} || **143** Cum] Cùm *A* | victoria] VICTORIA *A* || **144** virgini] V– *A* || **145** T<h>reiciosque] Tr–ósque E_1C Th– E_{34} || **146** susque] sú– E_1C | deque] dé– E_1C || **147** plenasque] –ásque E_1 || **148** Nereus] –ûs E_1C || **149** Iam] Jam E_{34} | auster] A– *A* || **150** Siccasque] –ásque E_1 || **152** Piceisque] –ísque E_1C || **153** caelo] co– E_{34} || **155** Hortanturque] –úrque E_1C | Orion.] ORION: *E* ORION. *C* || **156** vagina] –â *C*

Vt iuvet; et <s>trictos tantisper commodat igneis.
Arripite fulgur militaris baltei.
Quanquam etiam si nulla foret super hasta, vel ensis;
160 Adhuc in hostem recta eundum censeam.
Quid petitis gladios? odio pugnetur et ira:
Manuumque maius ipsa sit telum manus<.>

NEMESIS SANCTA,
Sive
Modus vindicandi se Christianus.
ODE II.

At, o sceleste, qui meos versus secas,
Mordesque nigris dentibus:
Ego te domabo, et memet ulciscar probe.
Ades, cruente Zoile!
5 Te criminosum dulcis ultor omnibus
Devoveo primum Gratiis:
Quae te volentem flere, ridentem velint,
Amosse c<a>epas sedulae:
Et, ne trucem ructare possis spiritum,
10 Pellita demant allia.
Riget caduci flumen ora nectaris,
Quod elaborarint apes.

157 Ut] Vt E_{34} | iuvet] iuuet E_1 j— $E_{34}C$ | et] & *A* | <s>trictos] st— *E* || **158** baltei] —thei E_1 || **160** recta] —à *A* || **161** et] & *A* | ira] irâ *C* || **162** Manuumque] —uúmque E_1C | maius] majus $E_{34}C$ | manus<.>] —. *E* —, *C*

II. Titulus SANCTA,] *om. comma* E_1 | Sive] SIVE *E om. Hipler*

1 At] AT *A* | o] ô *A* | versus] V— *A* || **2** Mordesque] —ésque E_1C || **3** et] & *A* | probe] —è *A* || **4** Ades,] *om. comma E* | Zoile] ZOILE *A* || **5** ultor] V— E_1C U— E_{34} || **6** Devoveo] Deuoueo E_1 | primum] —ùm *A* | Gratiis] —ijs E_1 || **8** Amosse] Amôsse *C* | c<a>epas] coepas E_1 cepas E_{34}

Tibi, nefande, quod mereris, imprecor:
    Vt mane nunquam dormias.
15 Placidoque noctem transigas mersam deo,
    Cum pura ludunt somnia:
Vigilique vota res in omneis transeant,
    Quascunque concupiveris.
Vt in canistris sponte nascatur Ceres
20 De flore candidissimo:
Et imputatam Formiano vineam
    Humore Bacchus impleat.
Mereris, importune, Tuccii famem,
    Lautasque Luculli dapes:
25 Sitim Catonis pervagantis Africam,
    Et Manlianas amphoras.
Dii facite, ut oris inverecundus Theon,
    Multoque turpis polypo,
Cogatur esse laetus, ac felicior
30 Auctore, quem diverberat.
Vt vilis illi de patella g[l]obius
    Vertatur in mollem scarum:
Et ex olente putidoque pinguior
    Mur[a]ena fiat gammaro.
35 Fallatur, opto, densque deceptus fremat
    Turdum dari pro passere.
Et, cum palumbum credet immorsum gulae,
    Premat volucrem Phasidis.

14 Vt] Ut E_{34} | mane] –è $E_{1}C$ || **15** Placidoque] –óque $E_{1}C$ | deo] D– *A* || **16** Cum] Cùm $E_{1}C$ || **17** Vigilique] –íque $E_{1}C$ || **18** Concupiveris] –ueris E_{1} || **19** Vt] Ut E_{34} | sponte] –è E_{1} || **23** Tuccii] –ij E_{1} || **24** Lautasque] –ásque $E_{1}C$ || **25** pervagantis] peru– E_{1} || **27** Dii] Dij E_{1} | ut] vt E_{1} | inverecundus] inu– E_{1} || **28** Multoque] –óque $E_{1}C$ || **30** diverberat] diu– E_{1} || **31** Vt] Ut E_{34} | patella] –â *C* | g[l]obius] gobius *E* || **33** putidoque] –óque $E_{1}C$ || **35** densque] dé– $E_{1}C$ || **37** cum] cùm $E_{1}C$

Cur lentus irae Naso, non velocius
40 Ibin necandum permolo?
Vbi estis albae Furiae, et astra mitibus
Flammis nihil nocentia?
Vbi lene fulmen stans Iuli vertice,
Et laeva sunt tonitrua?
45 Te vere zephyrus afflet, et bruma notus,
Et eurus autumno ferox:
Tuamque circa murmuret pestis domum,
Portas inaudax ingredi.
Te cura semper fugiat, et lites tori,
50 Et plena linguis iurgia.
Habeasque, quidquid imprecatus est suis
Nasica Romae civibus:
Suoque Flacco multa M<a>ecenas vovens,
Et Flaccus Augusto suo.
55 Servet tenorem vena: pectus vividis
Exulceretur gaudiis.
Proculque lesso, praeficis pulsis procul,
Infestet aureis Orpheus.
Indigne Mome, quem trisulco Iuppiter
60 Aestivus urat sulphure:
Pontove Nereus mergat, aut movens cavo
Tellus hiatu sorbeat:

39 Naso] NASO *A* | velocius] –ùs *A* || **41** Vbi] U– $E_{34}C$ | et] & *A* | astra] A– *A* || **43** Vbi] U– E_{34} || **44** laeva] laeua E_1 || **45** Te … *(46)* … ferox] *om. Orelli* | vere] V– *A* | zephyrus] Z– *A* | et] & *A* | bruma] Brumâ E_1C | notus] N– *A* || **46** eurus] E– *A* | autumno] A– E_1C Auct– E_{34} || **47** Tuamque] Tuá– E_1C | pestis] P– *A* || **49** et] & *A* || **50** iurgia] I– *A* || **51** Habeasque] –ásque E_1 || **52** civibus] ciu– E_1 || **53** Suoque] Suó– E_1C | M<a>ecenas] Maecenas E_1 Mecenas E_{34} | vovens] vou– E_1 || **55** servet] seruet E_1 | vena] V– *A* | vividis] viu– E_1 || **56** gaudiis] –ijs E_1 || **57** Proculque] –últque E_1C || **59** Iuppiter] Iupiter E_{34} || **60** Aestivus] AE– E_1C AE– E_{34} | urat] v– E_1 || **61** Pontove] –óve *C* –óue E_1 | Nereus] –ûs E_1C | movens] mou– E_1 | cavo] cauo E_1

Quid, ut stupens me turpis instar bubali,
Et intonatus aspicis?
65 Satisne nostris palpitas diris bene
Confossus ominantibus?
Ni mox facessas hinc, et in caelum voles;
Enitar implacabilis,
Benignioreis iacere carbones super
70 Hoc multa risurum caput.

Ad nobilissimum Iuvenem
BENNONEM CHUSIUM DE CHUSIIS.
Secundùm Natalitias Christi Ferias, in Deo
dicatam Familiam migraturum.
ODE III.

Chusi: nihil te, sicut antea, iuvet
Quaerere divitias,
Amore perculsum novo.
Amore, quo te praeter omneis expetit
5 In stabulo pecudum
Algens puellus urere.
Ingressus antrum, non opes inveneris.
Ex radiante Tago
Nec una stillat guttula.

63 ut] vt E_1 || **65** Satisne] –ísne E_1C | diris] DIRIS *A* || **67** et] & *A* | caelum] co– E_{34} || **69** iacere] j– $E_{34}C$

III. Titulus Ad … CHUSIIS.] AD NOBILISSIMVM IVVENEM / BENNONEM CHVSIVM DE CHVSIIS E_1 Ad … CHUSIIS, E_{34} | Ferias] f– E_{34}

1 Chusi] CHVSI E_1C CHUSI E_{34} | iuvet] iuuet E_1 j– E_{34} || **2** divitias] diu– E_1 || **3** novo] nouo E_1 || **6** Algens] –t *C* | puellus] PVELLVS E_1C PUELLUS E_{34} || **7** inveneris] inu– E_1 || **9** una] v– E_1

10 Vbique, Chusi, semper errant pauperes,
More fluentis aquae:
Hic ipsa paupertas iacet.
En, ut reclinis presset hinc faenum puer,
Inde manu stipulam!
15 Aulaea nent araneae:
Hiems cubile praebet, et cunas ferae.
Membra fovet boreas
Crudo tenella spiritu.
Egere, Chusi, nunc beatius putem,
20 Quam super Arsacii
Dormire segmentis tori.
Hoc vagit infans, lacera clamat fascia,
Tota specus loquitur,
Stratae perorant bel[l]uae.
25 Compendio nos mutus aurum spernere
Bos asinusque docet.
Tacete, Graii rhetores.
Doctis Athenis ruminat facundius
Corniger iste Plato:
30 Mugitque, vende praedia.
Accurre Roma: gratius Bethlemio
Tullius Arcadiae
Auritus in foro rudit.

10 Vbique] U– E_{34} | Chusi] CHVSI $E_{1}C$ CHUSI E_{34} || **12** Hic] Hîc *A* | paupertas] PAVPERTAS $E_{1}C$ PAUPERTAS E_{34} | iacet] j– $E_{34}C$ || **13** ut] vt E_{1} | faenum] fo– *A* | puer] P– *A* || **16** Hiems] Hy– E_{1} | et] & *A* || **17** fovet] fouet E_{1} | boreas] B– *A* || **19** Chusi] CHVSI $E_{1}C$ CHUSI E_{34} || **20** Arsacii] –ij E_{1} || **22** infans] I– *A* || **26** asinusque] A–úsque $E_{1}C$ A– E_{34} || **27** Graii] Graij E_{1} Graji E_{34} | rhetores] R– *A* || **28** Athenis] ATHENIS *A* | facundius] –ùs *A* || **30** Mugitque] –ítque $E_{1}C$ || **31** Roma] ROMA *A* | gratius] –ùs *A*

AD CHRISTOPHORUM SONNAM,
Ludovici Sonnae Fr.
ODE IV.
Aulam esse Scholam Patientiae.

Compesce vota latius palantia
    Amice fortunae rudis.
Promittit annus multa Iano praeside,
    Pulc<h>risque sol exordiis:
5 Sed plura grando, cumque Saturno sene
    Nimbosus auster dissipat.
Perstare summo vix datur diu loco,
    Quem raptor occupaveris.
Enata subito colla, quo fungi caput
10 Sursum extulerunt impetu,
Humant eodem fata. festinat mori
    Ortus repens cucurbitae.
Crescente luna, luna crevit Alvarus,
    Famosa fax Iberiae:
15 Idemque decrescente decrevit simul
    Ad usque demptum verticem.
Ergo hoc agendum, Sonna: sperandum bene,
    Sed cum labore fortiter.
Properare nolis. capere selectam licet
20 Occasionem de die.

IV. Titulus CHRISTOPHORUM] CHRISTOPHORVM *E_1* | Ludovici Sonnae] L— s— *C* LVDOVICI SONNAE *E_1* LU— *E_{34}*
1 Compesce] COMPESCE *A* | latius] —ùs *E_1C* || **2** Amice] AMICE *A* | fortunae] F— *A* || **3** Iano] J— *E_{34}* | praeside] P— *A* || **4** Pulc<h>risque] —crísque *A* | sol] S— *A* | exordiis] —ijs *E_1* || **5** cumque] cú— *E_1C* | sene] S— *E_1* || **6** auster] A— *A* || **7** diu] diù *C* || **8** occupaveris] —ueris *E_1* || **9** subito] —ò *A* || **11** fata] F— *A* || **13** luna] —â *E_1C* | luna] LVNA *E_1C* LUNA *E_{34}* *om. Hipler* | crevit] creuit *E_1* | Alvarus] ALVARVS *E_1C* ALVARUS *E_{34}* || **15** Idemque] Idé— *E_1C* | decrevit] —uit *E_1* || **16** usque] v— *E_1* | demptum] demtum *E_{34}* || **17** Sonna] SONNA *A*

In matris aulae ventre turgenti lates
Recens honoris embryo.
Communis alter, quemque natura educat,
Novem moratur mensibus.
25 At te prius quam Partumeia servitus
Enixa sistat gloriae:
Totidem latebis forsan annis, infimo
Scalae repostus angulo;
Excocta proles improbis laboribus:
30 Vt partus Alcmenae fuit.
Quippe generando maxumi Alcidae Iovis
Nox una non suffecerat.
Iam mane summo se stupebat Hesperum
Adhuc vocari Lucifer?
35 Nondum ille fortis liquerat terras pater
Iunonis in torum redux.
Nutus [h]erileis fixus observa, vigil
Percurre lynce plurima.
Standum est: velut si Iuppiter stator deus
40 Olim sedere nescias.
Standum est: in alta donec immoti pedes
Tellure radices agant.
Nec si molestus humor in nervum cadens
Varicosa crura torqueat,
45 Vespasiani deseres stantis situm,
Decebit et stantem mori.

21 aulae] AVLAE E_1C AULAE E_{34} || **22** honoris] H— *A* | embryo] E— *A* || **23** quemque] qué— E_1C | natura] N— *A* || **24** Novem] Nouem E_1 || **25** prius] priùs *A* | quam] quàm *A* | Partumeia] —eja E_{34} | servitus] Seruitus E_1 S— $E_{34}C$ || **26** gloriae] GLORIAE *A* || **30** Vt] Ut E_{34} || **31** Iovis] Iouis E_1 Jovis E_{34} || **32** una] v— E_1 || **33** Iam] J— E_{34} | mane] —è *C* || **34** Lucifer?] —; *E* || **35** pater] P— *A* || **36** Iunonis] J— E_{34} | in] iu E_4 || **37** observa] —ua E_1 || **39** Iuppiter] Iupiter E_{34} | stator deus] Statorius E_1 *Müller Hipler* S— D— $E_{34}C$ || **41** alta] —â *C* || **43** Nec] —, *E* | nervum] neruum E_1 || **45** Vespasiani] VESPASIANI *A* | stantis] STANTIS *A* | situm,] —. *E*

Sic invidendas laetus, et multo oblitas
Splendore clitellas subi:
Ipso onere felix, sicut alis alites.
50 Sunt grata quaedam pondera,
Emancipatos asseclas decentia,
Spe pinguioris sportulae.
Ausis nitere veste, cuius fimbriam
Sarranus imber tinxerit.
55 Ausis superbo celsus ire mannulo
Plebeia supra pilea.
Vultum virilem posco. pectini parum,
Sed nil aratro debeat:
Sit absque sulcis. improbos ut terreas,
60 Licebit esse nubilo.
Molleis adiri comis ornat gratia.
Placet rotunda veritas:
Non vacua rebus verba, non cassae nucis
Promissa scintillantia.
65 Praemoneo: iam nunc disce sortis aemulum
Et notum, et ignotum pati.
Ingens per omneis saevit aulas, nec novum,
Invidia, tormenti genus:
Peius metalli mugientis ignibus,
70 Peius pio Busiride.
Virtute gratas dividente tesseras
Dolosus adstat ambitus;
Et inquieto fluctuat mens alveo,
Curaque cura nititur.

47 invidendas] inu— E_1 | et] & *A* || **53** cuius] cujus $E_{34}C$ || **56** Plebeia] —eja $E_{34}C$ || **57** parum] parùm *A* minus *Müller* || **59** ut] vt E_1 || **62** veritas] V— *A* || **65** Praemoneo] —io *C* | iam] j— $E_{34}C$ || **66** et] & *A* || **67** saevit] saeuit E_1 | aulas] A— *A* | novum] nouum E_1 || **68** Invidia,] INVIDIA, E_1 INVIDIA. E_{34} || **69** Peius] Pejus $E_{34}C$ || **70** Peius] Pejus $E_{34}C$ || **71** dividente] diu— E_1 || **72** ambitus] A— *A* || **73** alveo] alueo E_1 || **74** Curaque] —áque E_1C

75 Heic tu memento, semper humanas vices
Caeco rotari turbine.
Prensare cristas certus altae cassidis,
Fit saepe vilis ocrea.
Exterge bilem, candidos tibi dies
80 Sol crastinus fors annuet.
Vt audiaris, applicabis regio
Submissus ora popliti.
Ist[h]ic feruntur, quae vetus paroemia,
Aureis habere principes.
85 Felicitatis fr[a]ena post haec attrahe:
Ne contumax recalcitret.
Sed, sive scandis summa, more capreae
Haerentis in fastigio:
Seu, qualis ursus ninguido excussus iugo,
90 Praeceps ad ima volveris:
Te vince, fatis cede, fortunae mala
Forti cachinno decoque.

76 Caeco] Co— E_1 || **77** cassidis] CASSIDIS *A* || **81** Vt] Ut E_{34} || **83** paroemia] P— *A* || **84** principes] PRINCIPES *A* || **85** fr[a]ena] fraena E_1C frena E_{34} || **87** sive] siue E_1 || **89** ursus] v— E_1 | iugo] j— $E_{34}C$ || **90** volveris] volu— E_1 || **91** fatis] F— *A* | fortunae] F— *A*

ODE V.
Cùm ad D. VIRGINEM OETINGANAM supplex inviseret Anno M. DC. XL.

Te, mea lux, video! salve dulcissima rerum.
Te video proprium
Enixa patrem filia!
Exclamare libet. deus hic deus, o dea certe:
5 Nam sacer horror inest,
Et numen arcanum patet.
O vere tutela ducum: populique fluentis
Huc, in aquae speciem
Motantis extremum mare.
10 Caesaribus bene nota domus: queis una voluptas,
Mente genu[s]que tenus
In supplices procumbere.
Regna tibi, natosque suos, urbisque Quiriteis,
Sceptraque cum gladiis,
15 Accline suspendunt onus.
Tu statio nautis: medio tu portus in alto,
Corpora caeruleis
Mergenda phocis eripis.

V. Titulus ODE V. / Cùm ad D. VIRGINEM OETINGANAM supplex / inviseret ANNO M. DC. XL.] ODE ... sup-/plex inuiseret AN. M. DC. XL. E_1 ODE V. / Cum ... sup-/plex ... E_{34} XXI. / Cùm ... OETINGANAM / supplex inuiseret AN. ... *OP*
1 Te,] TE, *EOP* TE *C* | mea] MEA *A* | lux] LUX E_{34} LVX *S* | salve] salue E_1*OP* || **3** patrem] P— *A* | filia] F— *A* || **4** deus] D— *A* | hic] hîc *A* | deus] D— *A* | o] ô *A* | dea] D— *EC* DEA *OP* | certe] —è *A* || **6** numen] N— *EC* || **7** vere] —è *A* | tutela] T— *A* | ducum] D— *A* | populique] —íque *S* || **10** domus:] D— *EC* —; *OP* | queis] queîs *S* | una] v— E_1*OP* || **11** genu[s]que] genuque *E* genúque *OP* genúsque *C* || **13** natosque] N— E_{34} Natósque *S* no— *Hipler* | urbisque] vrbí— E_1*OP* urbí— *C* || **14** Sceptraque] —áque *S* | gladiis] —ijs E_1*OP*

Tu morbos mortemque fugas. tibi sibila ponit
20 Anguis, et in viridi
Natat veneno sanitas.
Fata iubes, pronosque gradu consistere casus:
Membraque vulneribus
Disrupta rursus integras.
25 Tu nitidos oculum languentem accendis in usus:
Corporis et calidi
Secreta pellis frigora.
Sternaces placantur equi, te fr[a]ena regente:
Te cohibente notos,
30 Elisa tempestas cadit.
Horrida ceu vitreae rumpuntur fulmina bullae:
Nec satis ipsa sibi,
Alisque fidunt flammeis.
Pinguia tu sterili maturas semina campo,
35 Vere pigrae Cereri
Festina<s> calcar addere.
Tu melior nostris volitas victoria bellis
Castra virosque super,
Terrere Suecos efficax.
40 Tillius hinc vireis, animosque accepit et iras,
Armaque sanguineis
Infecta truncis hostium.
Ipse tibi, qui nunc Bavaras moderatur habenas,
Se minor, inque solo
45 Laetum gemens asternitur.

19 mortemque] —émque *S* || **20** et] & *S* || **22** iubes] j— E_{34} | pronosque] —ósque *S* | casus] C— *A* || **23** Membraque] —áque *S* || **25** usus] v— $E_{1}OP$ || **26** et] & *A* || **28** fr[a]ena] fraena E_{1} frena $E_{34}OP$ || **29** notos] N— *A* || **33** Alisque] Alí— *S* || **35** Vere] —, *OP* || **36** Festina<s>] Festina *A Müller Hipler* || **37** victoria] VICTORIA *A* || **38** Castra] CASTRA *A* | virosque] viró— *S* || **40** Tillius] TILLIUS E_{34} TILLIVS $E_{1}OP$ | animosque] —ósque *S* | et] & *A* || **41** Armaque] —áque *S* || **43** Bavaras] Bauaras $E_{1}OP$ Bavaros *C* || **44** inque] í— *S* || **45** Laetum] —ùm *A*

Da niveos illi cum coniuge vivere soles;
Deque tuis radios
Dulceis ocellis imprime.
Da geminam prolem, cani solatia patris,
50 Patris et in segetes
Aequante culmo crescere.
Me quoque quam cuperem quaedam tibi dicere in aurem!
Sed properante rota
Auriga saevus avocat.
55 Siste gradum: dux ipse manet, cras, quando remittet
India solis equos;
Et tu reduces quattuor.

ODE VI.
De veneranda Icone B. V. et Sacrario Oetingano.

Iuverit interea dilectae virginis aedem,
Donaque cum titulis
Lustrare circum pendula.

46 niveos] niueos E_1*OP* | coniuge] CONIUGE E_{34} CONIVGE *S* | vivere] viuere E_1*OP* | soles;] S– E_1*C* S–: E_{34}*OP* || **47** Deque] Dé– *S* || **49** prolem,] PROLEM, E_1 PROLEM. E_{34} PROLEM; *OP* | solatia] S– *OP* | patris] PATRIS *A* || **50** et] & *A* || **51** Aequante] AE– *A* || **52** quoque] –. E_{34} quoq;. E_1 quoq<;>. *OP* quoque *add. lineam Müller Hipler* | quam] quàm *A* | aurem!] –; *EOP* || **53** rota] –â *C* || **54** saevus] saeuus E_1*OP* | avocat] au– E_1*OP* || **55** dux] D– *EC* DVX *OP* | manet,] –. *EOP* || **56** solis] S– *A*

VI. Titulus ODE VI. / De veneranda Icone B. V. et Sacrario / Oetingano.] XXII. / De ... Oetingano. / ODE. *OP*

1 Iuverit] IUv– E_{34} IVu– E_1*OP* IVv– *C* | dilectae] D– *A* | virginis] VIRGINIS *A* | aedem] AE– *A* || **2** Donaque] –áque *S* || **3** circum] –ùm *A*

Non aurata nitent fulvo laquearia caelo:
5 Praxitelisque nihil.
Nil delicati Zeuxidis.
C[a]etera compensant artem. placet Antonino
Caesare structa domus:
Squalor placet fuliginis.
10 Scilicet antiquo talem Rupertus ab aevo
Vindicat, et mediam
Flammis et Hunnis eripit.
Ille planetarum septem discrimina lustrans,
Et scelerum tenebris
15 Nixum cubile siderum:
Indignatus ibi Romana piacula sedem
Figere, cumque sua
Sorore Titanem coli:
Cur nostras incestat, ait, diis turpibus oras
20 Prisca superstitio,
Aris ab usque Dardanis?
Cede profane Phanes, et cum Iove Luna Venusque,
Martis, avique probrum:
Mentite, cede, Mercuri.

4 fulvo] fuluo E_1OP | caelo:] —; E_1 co—: E_{34} co—; *OP* || **5** Praxitelisque] —ísque *S* || **7** Antonino] ANTONINO *A* || **8** domus] D— *A* || **10** Rupertus] RUPERTUS E_{34} RVPERTVS E_1OP RVPERRVS *C* | aevo] aeuo E_1OP || **11** et] & *A* || **12** et] & *A* || **13** planetarum] PLANETARUM E_{34} PLANETARVM *S* || **15** cubile] C— *A* | siderum] S— *A* || **17** cumque] cú— *S* | sua] suâ *C* || **19** diis] D— $E_{34}C$ Dijs E_1OP Dis *Hipler* | oras] O— *A* || **21** usque] v— E_1OP || **22** profane] proph— *S* | Phanes] PHANES *A* | et] & *A* | Iove] IOVE *A* | Luna] LUNA E_{34} LVNA *S* | Venusque] VENUSque E_{34} VENVSQ; E_1OP VENVSQVE *C* || **23** Martis] MARTIS *A* | avique] AVIque *EOP* AVIQVE *C* || **24** Mentite, cede, Mercuri] Mentite cede MERCURI E_{34} M— c— MERCVRI *S*

25 Dixit, et eiectis purgavit limina monstris,
Nobiliore tholo
Sacram locans imaginem.
Haec te, diva, refert: qualem modo cernimus intra
S<a>epta, duumque pedum
30 Angustias mirabilem.
Sceptrum laeva gerit: caput est diademate cinctum:
Suppositaeque deus
Dextrae puellus insidet.
Ex quercu lenis species ac blanda rogari:
35 Lumina mite pia,
Et dulce conniventia.
Nigra quidem, formosa tamen neglecta renidet
Pulc<h>rius effigies,
Crescitque simplex gratia.
40 De rudibus spirat maiestas ardua sulcis:
Nox quoque grata decet,
Mistumque praestringit diem.
Mole carens, virtute valet<,> tam parva colossos
Deprimit; et cubitus
45 Videtur esse pyramis.
His manibus, credo, serpens elisus; et hoc est
Pressus ad ima pede,
Orcoque virus inspuit.

25 et] & *A* | eiectis] ej— $E_{34}C$ | purgavit] —uit $E_{1}OP$ || **27** imaginem] IMAGINEM *A* || **28** diva] DIVA *A* | modo] —ò *A* || **29** S<a>epta] Septa *EOP* | duumque] duú— *S* || **31** laeva] laeua $E_{1}OP$ | cinctum:] —; *OP* || **32** Suppositaeque] —éque E_{1} *OP* | deus] DEUS E_{34} DEVS *S* || **33** puellus] P— *A* | insidet] —s *C* || **35** mite] mitè *EOP* mirè *C* || **36** dulce] —è *A* | conniventia] —uentia $E_{1}OP$ || **37** tamen] *add. semicolon Müller Hipler* || **38** Pulc<h>rius] —ùs *EOP* | effigies] E— *A* || **39** Crescitque] —ít-que *S* || **40** maiestas] maj— $E_{34}C$ | sulcis:] —; *OP* || **42** Mistumque] Mistú— *S* || **43** valet<,>] valet. *EOP* | parva] parua $E_{1}OP$ colossos] C— *A* || **44** et] & *A* | cubitus] *add. comma OP* || **46** serpens] S— *OP* | et] & *A* || **48** Orcoque] —óque *S*

ODE VII.

Origo arboris Tiliae, ante Sacellum Oetingae stantis.

Est aliquid, lepidam post funera vivere vitam.
Rem canto dignam vatibus.
Quae viret Oetingae, spatioque indulget, et auram
Inumbrat arbor frondibus:
5 Non habet enatum nemorali semine stemma,
Vt fagus, ilex, fraxinus.
Funus erat quondam tenerae non vil[a]e puellae,
Densam renodantis comam<.>
Illa, per Alsatiae celebris pulcherrima terras,
10 (Ferunt Tabernis editam)
Vicerat insigneis formae certamine nymphas:
Pomum dedisset et Paris.
Accessit Romana decus facundia pulc<h>rae,
Pectusque plenum Palladis.
15 Nam pater et genitrix Latio sermone solebant
Miscere verba Teutonum.
Qualiter et Morus datur assuevisse Britannus
Musis dicare filias.

VII. Titulus ODE VII. / Origo arboris Tiliae, ante Sacellum Oetingae / stantis.] ODE VII. / Origo … Sacellum / stantis E_1 ODE VII. / … Sacellum / stantis. E_{34} XXIII. / METAMORPHOSIS. / Origo … Sacellum / … stantis. / ODE. *OP*
1 Est] ESt *A* | vivere] viu— E_1*OP* || **2** vatibus] V— *A* || **3** spatioque] —óque E_1*OP* | et] & *A* | auram] aram *OP* || **4** arbor] ARBOR *A* | frondibus:] —; E_{34} || **6** Vt] Ut E_{34} || **7** | puellae] P— *A* || **8** comam<.>] comam. *EOP* || **9** Alsatiae] ALSATIAE *A* | celebris] —eis *EOP* | pulcherrima] pulce— *EOP* || **10** Tabernis] TABERNIS *A* || **11** nymphas] N— *A* || **12** et] & *A* | Paris] PARIS *EOP* || **14** Pectusque] —úsque *S* || **15** pater] P— *A* | et] & *A* | genitrix] G— *A* || **17** et] & *A* | Morus] MORUS E_{34} MORVS E_1*OP* | assuevisse] —uisse E_1*OP*

Tulliolae Marci poterat par nata videri,
20 Materque par Terentiae.
Dicta tamen balbae tilia est, non filia, matri,
Totique post viciniae.
Id vitium linguae, quia molle, decebat utramque,
Ludentibus praesagiis.
25 Filia, mutatum fecit cui lit<t>era nomen,
Silvas amabat unice.
Hoc quoque de divis visa est habuisse novenis,
Novena dici dignior:
Cruda maritalis flammae, glaciataque voto
30 Quascunque contra nuptias.
Saepe parens dixit: quando dabis ire nepotes
In nostra pronos oscula?
Saepe reluctanti vestitus detulit auro
Non grata leno munera.
35 Perstitit, ut rupes: vimque aversata virilem
Vergente fugit sidere.
Fugit, ut intonsum iuvenem Peneia Daphne,
Ceu Naxio furens deo.
Ignoto demum longinqua per avia calle,
40 Per saltuum discrimina,
Sistitur Oetingae: quo tempore Phoebus Eois
Evolvit axe<m> fluctibus.

19 Tulliolae] TVLLIOLAE *S* TULLIOLAE E_{34} | nata] N— *A* || **20** Materque] Maté— *S* | Terentiae] TERENTIAE *A* || **21** balbae] lepidae *E* blaesae *OP* | tilia] T— *A* | filia] F— *A* | matri] M— *A* || **22** Totique] Totí— *S* | post] pòst *S* || **23** utramque] v— E_1OP || **24** praesagiis] —ijs E_1OP || **26** Silvas] Syluas E_1 Siluas *OP* Sy— *C* | unice] —è E_{34} vnicè *S* || **27** divis] D— $E_{34}C$ Diuis E_1OP | novenis] nou— E_1OP || **28** Novena] Nou— E_1OP || **29** glaciataque] —áque *S* || **31** parens] P— *A* | ire] ire dire E_1 || **35** ut] vt E_1OP | vimque] ví— *S* | aversata] au— E_1OP || **36** sidere] S— *A* || **37** ut] vt E_1OP | iuvenem] j— $E_{34}C$ iuuenem E_1OP | Peneia] —ïa *A* | Daphne,] —. E_{34} || **38** deo] D— *A* || **39** avia] auia E_1OP || **41** Oetingae] OETINGAE *A* || **42** Evolvit] Euoluit E_1OP Evoluit *C* | axe<m>] axem *EOP*

Hic almum perfusa diem, simul ignibus arsit
Viso deae sacrario;
45 Tota simul statuae claris admota tenebris
Caeleste lumen imbibit.
Haec s[a]ecum: me nulla loco divellet ab isto
Ferri procella Norici:
Nullus ab Hyrcana nutritus tigride miles,
50 Potorve equini sanguinis.
Virgo, decus rerum, minimos dignata recessus
Implere blando numine;
Aspira trepidique fugam miserare pudoris.
Stat heic iacere, et emori.
55 Exin, per nemorum tractus hortosque vagata
Aram coronavit rosis:
Populeaque coma, fagisque instravit opacis,
Faunos latere callida.
Ah! quoties voluit fieri quoque munus et ipsa,
60 Donanda sumptuosius.
Ah! quoties, utinam fierem modo cerea! dixit,
Arsura iugi lumine.
Invideo violis fragrantibus. o ego nardus,
O thymbra sertis inserar!
65 Quam tua, virgo, libens redolenti tempora nexu
Crinalis optem lambere!

43 Hic] Hîc *A* || **44** deae] D– *A* | sacrario;] –? *C* || **45** statuae] STATVAE *S* STATUAE *E_{34}* || **46** Caeleste] Coe– *E_{34}OP* || **47** divellet] diu– *E_1OP* || **49** Hyrcana] –â *C* || **50** Potorve] Potórue *E_1OP* Potó– *C* || **51** Virgo] VIRGO *A* || **52** numine] N– *A* || **53** Aspira] –, *E_1OP* Adspira, *E_{34}* | trepidique] –íque *S* || **54** iacere] j– *E_{34}C* | et] & *A* || **55** hortosque] –ósque *S* || **56** coronavit] –uit *E_1OP* | rosis:] –; *OP* || **57** Populeaque] –áque *S* | fagisque] fagí– *OPC* || **59** et] & *A* || **60** sumptuosius] –ùs *S* || **61** Ah!] Ah, *E_{34}* | utinam] v– *E_1OP* | modo] –ò *OP* | cerea!] –, *EOP* || **62** iugi] j– *E_{34}C* || **63** Invideo] Inu– *E_1OP* | o] ô *A* || **65** Quam] Quàm *A* | virgo] VIRGO *A* || **66** lambere!] –? *OP*

Quod vires quia posse negant, et fata resistunt
Iniqua voto supplicis:
Hoc saltem nequeunt, etiam obluctata, negare;
70 Vt non avara serviam.
Talia dicentem pietas advertit, et una
Severus aedilis labor.
Structa casa est: in qua zephyris laxantibus annum
Se devoventeis advenas,
75 Aut aestu rapidos, aut tempestatibus actos
Textis recepit cratibus.
Mox pedibus fessis lympham manibusque lavandis,
Et oris annonam dare.
Tum iurata sequi socialis signa catervae,
80 Magnam sonantis virginem:
Ibat ovans, varia pratorum ex iride, gratum
Odoris imbrem spargere.
Sternebatur iter calt[h]is: mistoque hyacinthis
Vexilla pingebat croco.
85 Sic tribus exactis, non longo tempore, lustris
Ad fila venit ultima.
Fata vocaverunt. veniam cito, dixit, et astris
Soluta maneis inferam.

67 et] & *A* | fata] F– *A* || **68** voto supplicis:] tantis ausibus: E_1 *Orelli* voto supplicis. E_{34} voto nobili: *OP* || **69** negare;] –: E_{34} || **70** Vt] Ut E_{34} | avara] au– E_1 vel impos *OP* | serviam] seru– E_1OP || **71** pietas] PIETAS *A* | advertit] adu– E_1OP | et] & *A* | una] unà E_{34} vnà *S* || **72** Severus] Seu– E_1OP | labor] LABOR *A* || **73** zephyris] Z– *C* || **74** devoventeis] deuou– E_1OP | advenas] adu– E_1OP || **77** lympham] li– E_{34} | manibusque] –úsque *S* | lavandis] lau– E_1OP || **79** iurata] j– $E_{34}C$ | catervae,] –uae; E_1 –uae, *OP* || **80** Magnam] MAGNAM *A* | virginem:] VIRGINEM: *S* VIRGINEM. E_{34} || **81** ovans] ou– E_1OP | varia] –â *C* || **83** mistoque] –óque *S* | hyacinthis] –i *OP* || **84** pingebat] –bant *OP Orelli* || **85** lustris] L– *OP* || **86** ultima] v– E_1OP || **87** vocaverunt] vocau– E_1OP | cito] –ò *A* | et] & *A*

Da modo, diva, meum nullis tabescere s<a>eclis,
90 Si nemo corpus polluit.
Quaque licet, vitare putris contagia terrae:
Et stare functum te prope.
Successum meruere preces. Mens aera tranat,
Vernare funus incipit.
95 Atque aliquis tumulo properans componere membra,
Miratur infusum nemus.
Coepit et erectum subito frondere cadaver:
Coramque vespillonibus
Planta pedes fiunt; truncusque immobilis haeret
100 Tellure congesta super.
Tentavere viri caput attrectare: sed illud
Repente sursum germinat;
Tacturasque manus longe fugit, intima molli
Cingente libro viscera.
105 In ramos digiti parvos abiere minores,
Mutata magnis brachia.
Ora cacumen habent: quae, ne credantur adempta,
Loquuntur euris flantibus.
Servat adhuc tiliae nomen spectabilis arbos,
110 Caelebs, ut ante, et unica.
Quod fecit sub pelle, facit sub cortice, sexus
Tenacis assuetudinis.
Nam velut ante sacram dominae mirabilis aedem
Ancilla florens excubat.

89 modo] –ò *A* | diva] DIVA *A* || **91** Quaque] Quá– *S* || **93** aera] aëra *A* || **95** Atque] Atq; E_1 | membra,] –. E_{34} || **97** et] & *A* | subito] –ò *S* | cadaver] –uer E_1OP || **98** Coramque] Corá– *S* || **99** truncusque] –úsque *S* || **100** congesta] –â *S* || **101** Tentavere] –uere E_1OP || **102** Repente] –è *A* || **103** Tacturasque] –ásque *S* | longe] –è *S* || **105** parvos] paruos E_1OP || **107** adempta] ademta $E_{34}OP$ || **108** euris] E– *A* || **109** Servat] Seruat E_1OP | tiliae] TILIAE *A* || **110** Caelebs] Coe– *A* | ut] vt E_1OP | ante] –è *S* | et] & *A* | unica] v– E_1OP || **113** dominae] D– *A* | aedem] AE– *A*

115 Seque suosque movet vento pectente capillos,
    Pronoque nutat vertice.
  Ac, si caeca queant audiri murmura, noto
    Eram salutat sibilo:
  Officiique memor virgo frondosa prioris
120 Invitat ad se rusticos.
  Grata peregrinis subter fugientibus umbra.
    Solis calorem mitigat.
  Nulla magis placidas reddant tentoria nocteis,
    Minusque somnum noxium.
125 Dum resonant laudeis, his consentire videtur
    Anhela ab imis unguibus.
  Nec minus ipsa suo, quam turba canora, susurro
    Paeana matris perstrepit.
  Iamque etiam lauro certat secura tonantis,
130 Et rauca temnit fulmina.
  Omnis quod circum novit clamator Iolas,
    Et Aenus undarum pater.
  Hinc aliquis folium, ne fumet ab aethere, raptum
    Praetendit irato Iovi.
135 Fabula finitur celeberrima. Vos quoque Boii,
    Hirsuta ruris pectora;
  Alsaticae posthac (fas est meminisse) puellae
    Vestris Cam[o]enis plaudite.

115 Seque] Sé– *OPC* | suosque] suó– *S* | movet] mouet E_1OP || **116** Pronoque] –óque *S* || **117** caeca] coeca E_1OP || **118** Eram] He– *A* || **119** Officiique] –ijque E_1 –iíque *OPC* | virgo] V– *A* || **120** Invitat] Inu– E_1OP || **121** umbra.] v– *om. punctum E* v–. *OP* || **124** Minusque] –úsque *S* || **126** unguibus] v– E_1OP || **127** minus] –ùs *A* | quam] quàm *A* || **128** matris] M– *A* || **129** Iamque] Ja– E_{34} Iá– *S* | lauro] L– *A* | tonantis] T– *A* || **131** circum] –ùm *A* | novit] nouit E_1OP || **132** Aenus] O– *A* | undarum] v– E_1OP | pater.] –, *EOP* || **134** Iovi] Ioui E_1OP || **135** quoque] –, *OP* | Boii,] *om. comma E* BOII, *OPC* || **137** Alsaticae] ALSATICAE *A* | puellae] PVELLAE *S* PUELLAE E_{34} || **138** Cam[o]enis] Camenis E_{34} Camoenis *S*

FONS PARTHENIUS
Ante sacellum virginis.
ODE VIII.
Ad socios.

Et hinc bibamus. quale lympha prosilit
  Demissa frigenti pede!
Non aliqua Mauri turpis hoc liquens vitrum
  Manus propinat ossea:
5 Sed genius alti candidique marmoris,
  Et sanguinis Carystii.
En: ut columnam stat super cum limpido
  Aquosa mater parvulo!
Vt sena madidum concha derivat diem:
10 Vt lene crystallus fluit!
Bibamus. o fons virgines trudens aquas,
  Nullo sopore languidas:
Quem nec loquacis mite Blandusiae gelu,
  Nec ros Lycormae vicerit:
15 Ladonque nunquam siccus, et nihil sui
  Langia debens nubibus.
Sic o pudicis semper undis emices.
  Sed quid? bibamus denique.

VIII. Titulus FONS PARTHENIUS] F— P—VS E_1 XXIV. / F— P—VS *OP* | Ante sacellum virginis] ANTE SACELLUM VIRGINIS E_{34} ANTE SACELLVM VIRGINIS E_1OP | ODE VIII.] ODE *OP*

1 Et] ET *A* | quale] —è *A* | lympha] li— E_{34} || **5** genius] G— *A* | candidique] —íque *S* || **6** Carystii] —ij E_1OP || **7** ut] vt E_1OP || **8** mater] M— *A* | parvulo] P— $E_{34}C$ Paruulo E_1OP || **9** Vt] Ut E_{34} | derivat] —uat E_1OP || **10** Vt] Ut E_{34} *OP* | lene] —è *A* || **11** o] ô *A* | fons] F— *EC* FONS *OP* || **13** Blandusiae] Blau— E_1 || **15** Ladonque] Ladó— *S* | et] & *A* || **17** ô] o *A* | undis] v— E_1OP

An tam profana post Iacchi pocula
20 Tam sacra nos arcet Thetis?
Cras igitur omnis afferamus integram[.]
Casteque purgatam sitim.

PROPEMPTICON
Amico datum, deserto melioris vitae proposito,
ad profanam redeunti.
ODE IX.

Ergo, proterve, te tuosque deseres,
Mutatus ut chamaeleon?
Qui nervus, eheu, quod ligavit fascinum,
Quae nigra rhombi licia!
5 Non revocat ille; cui cometae militant,
Et sidera arcanum pavent!
Non ille: qui te fixus infami trabe
Clavis in altum sustulit!
Nec illa: cui votivus audebas cliens
10 Iurare verba splendida!
Revolve noctem: cum sodalium comes,
Aut iunctus uni dixeras:
En! quam serenis se figuris explicat
Mundi volumen igneum!

21 integram] *add. comma EOP* || **22** Casteque] —éque *S* | sitim.] —: E_1*OP*

IX. Titulus PROPEMPTICON / … proposito, / …] P— / … proposi-/to … E_1 P—, / … propo-/sito … E_{34}

1 Ergo] ER— *A* | proterve] —ue E_1 | tuosque] tuó— E_1C || **2** ut] vt E_1 | chamaeleon] C— *A* || **3** nervus] neruus E_1 | ligavit] —uit E_1 || **5** revocat] reu— E_1 | cometae] C— *A* || **6** arcanum] —ùm *A* | pavent] pau— E_1 || **8** Clavis] —uis E_1 || **9** votivus] —uus E_1 || **10** Iurare] J— E_{34} || **11** Revolve] Reuolue E_1 | cum] cùm E_1C | sodalium] S— *A* || **12** iunctus] j— $E_{34}C$ | uni] vni E_1 || **13** quam] quàm *A*

15 Claris ut aether litteris scriptus patet,
Stellis relucens aureis!
Volat sagitta: vultur in lyram cadit:
Hinnit per astra Pegasus.
Cerno ligatas dulcis Andromedae manus,
20 Cerno coronam Theseos:
Pavidoque leporem vix micantem lumine
Subter pedes Orionis.
Armatus huius splendor, et rursum illius
Delectat imbellis nitor.
25 Hic ille Python, squamei qui fluminis
Instar per ursas labitur!
Quam fixus albam servat Arctophylax feram<,>
Ne proluat caput mari!
At nec minoris eminet curae vigil
30 Custos caprarum Myrtilus.
O ambulantis pulc<h>ra sc<a>ena patriae!
O monstra nil terrentia!
Salvete facili circino ductae faces,
Pictaeque naturae croco.
35 Haec quantus olim nocte suda, quam ferox
Iactante monstrabas manu!
Nunc totus oculis ille decessit decor
Poscentibus collyria.

15 ut] vt E_1 | aether] AETHER *A* || **17** sagitta] SAGITTA *A* | vultur] VVLTVR E_1 VULTUR $E_{34}C$ || **18** Pegasus] PEGASVS E_1 PEGASUS $E_{34}C$ || **19** Andromedae] ANDROMEDAE *A* || **20** Theseos:] THESEOS: E_1C THESEOS. E_{34} || **21** Pavidoque] —óque *C* Pauidó— E_1 | leporem] LEPOREM *A* || **22** Orionis] ORIONIS *A* || **23** huius] hujus $E_{34}C$ | et] & *A* || **25** Python] PYTHON *A* | squamei] squammei E_1 || **26** ursas] VRSAS E_1C URSAS E_{34} || **27** Quam] Quàm *A* | servat] seruat E_1C | Arctophylax] ARCTOPHYLAX *A* | feram<,>] —, *E* || **30** Myrtilus] MYRTILVS E_1 MYRTILUS $E_{34}C$ || **31** sc<a>ena] Scena *A* | patriae!] P— *C* P—, *E* || **33** Salvete] Salu— E_1 || **34** Pictaeque] Pictá— E_1 | naturae] N— *A* || **35** suda] —â *C* | quam] quàm *A* || **36** Iactante] J— E_{34} | manu!] —. *E*

Praefers Olympo seu Cith<a>eronis iugum,
40 Seu montis Idaei nemus.
De cuius atro fluxit ore viperae
Furoris istud poculum?
Moerimne vidit obvium prior lupa
Quod suspicamur; an lupus?
45 Si nuptiale forma philtrum miscuit,
Dic: qua cales Ogulnia?
Haec me loquente, ter quaterque sternuis.
Fortasse non ab alliis,
Sed ex honoris fervidi nasturtio
50 Sublime commotus gemis<.>
Placent tiarae: gemmeus vertex placet,
Magnique turbo nominis.
Et tam videri, quam videre iuverit
Alto reclinatum toro<.>
55 Iam mente sorbes pulverem, sonantibus
Rupturus aulas ungulis.
Iam pictus extra ducitur currus fores,
Manditque frena quadrupes.
Imaginoso tinctus erras somnio,
60 O nauta sicci lit[t]oris:
Interque vota cor tuum scindentia
Immane quantum falleris!

39 iugum] j— $E_{34}C$ || **40** nemus.] *om. punctum* E_{34} || **41** cuius] cujus $E_{34}C$ || **43** Moerimne] Moerí— E_1C | obvium] obu— E_1 || **46** qua] quâ C | Ogulnia] —â C || **47** quaterque] quaté— C || **48** alliis] —ijs E_1 || **49** fervidi] —uidi E_1 || **50** Sublime] —è A | gemis<.>] gemis. E || **52** Magnique] —íque E_1C | nominis] N— E_1C || **53** quam] quàm A | iuverit] iuu— E_1 j— $E_{34}C$ || **54** toro<.>] toro. E || **55** Iam] J— E_{34} | pulverem] pulu— E_1 || **56** aulas] A— A | ungulis] v— E_1 || **57** Iam] J— E_{34} || **58** Manditque] —ítque E_1C | frena] fraena E_1 || **61** Interque] Inté— E_1C || **62** Immane] —è A | quantum] —ùm A

Incide venam, spesque putreis eiice,
    Quae pectus exsurdant tuum.
65 Ventosus, atque ad ultimum Anticyris tribus
    Diceris insanabilis.
Demus potiri qua voles Canaria,
    Et apparatu Persico.
Te Iuno nummis, Pallas ornet artibus,
70 Venusque Ledae filia:
Possessa qualem munera aetatem ferent,
    Quam portionem s<a>eculi!
Vitae fugacis una solstitialibus
    Vrgetur hora lineis.
75 Tandem perimus. Cum tui concusserit
    Capitis nives Proserpina:
Eheu, dolores ingruent, et anxium
    Rubigo tristis exedet.
Transfumat omnis culpa, et auctorem petit
80 Armata poena crimine.
Tunc semet ipsam vidua quaeret palpebra:
    Vbi fastus es? marite mi.
Pulsabit ille fronte deiectus solum,
    Impressus ora gramini.
85 Tunc et cupido nabit absque cortice,
    Languens inani taedio.
Ah, qua carina nostra, dices, alite
    Portum salutis exiit!

63 Incide] –îde *C* | spesque] spé– E_1C | eiice] eijce E_1 ejice $E_{34}C$ || **65** ultimum] v– E_1 || **66** Diceris] –éris *C* || **67** qua] quâ *C* | Canaria] CANARIA *A* || **69** Iuno] IVNO E_1 JUNO $E_{34}C$ | nummis,] –. E_1 | Pallas] PALLAS *A* || **70** Venusque] VENVSque E_1 VENUSque $E_{34}C$ | filia] –â *A* || **73** una] v– E_1 || **74** Vrgetur] U– E_{34} || **75** Cum] Cùm E_1C || **76** nives] niues E_1 || **77** et] & *A* || **79** et] & *A* | auctorem] A– *A* || **82** es?] –, *E* || **83** deiectus] dej– $E_{34}C$ || **85** et] & *A* || **87** qua] quâ *C* | carina] C– *A* || **88** salutis] S– *A* | exiit] exijt E_1

O blanda Circe: sic meum poteras iecur
90 Furiare suc[c]is mitibus!
Laetabar? an me frigidus vinxit stupor
Captum voluptatis dolo?
Quidvis agenti, vera semper defuit
Casti medulla gaudii.
95 Discede luxus. huc mihi simplex olus,
Caulisque laterna olens.
Huc olla farris aphronitro caeruli,
Et ova putiscentia.
Fabis patellas ingementes reddite,
100 Caenumque vappae defrutum.
Quereris ist[h]aec sero coram fontibus,
Coramque silvis fontium:
Siliquamque porcis invidebis, ut sacri
Subulcus assis prodigus.
105 Ergo beatus ille, quem funis suo
Spartanus astringit deo.

89 iecur] j— $E_{34}C$ ‖ **92** dolo?] —! E_{34} ‖ **93** Quidvis] —uis E_1 ‖ **94** gaudii] —ij E_1 ‖ **96** Caulisque] —ísque E_1C | laterna] —as *Hipler* ‖ **98** ova] oua E_1 ‖ **100** Caenumque] Co— E_{34} Coenú— E_1C ‖ **101** Quereris] —éris *A* | sero] —ò *A* ‖ **102** Coramque] Corá— E_1 | silvis] syluis E_1 ‖ **103** Siliquamque] Siliquá— E_1 | invidebis] inu— E_1 | ut] vt E_1 ‖ **106** deo] D— *A*

CORONA REGIA
TEGUMENTUM HUMANAE MISERIAE.
Cùm, Anno M DC XLI ex Hispania<,> Italia, Anglia, Scotia et Hibernia crebrae Regnorum Seditiones nunciarentur.
ODE X.

Esse quid hoc dicam? laceri quod fragmina mundi
In ipsa regum torqueat
Martius ora furor!
Inde cicatrices diademataeque resultant
5 Molesta frontis tubera,
Purpureaeque notae.
Quae licet a gemmis, Indorum more, coruscent:
Non et minoris sauc<i>o
Caus[s]a doloris erunt.
10 Vt video, non ad splendorem inventa corona est.
Necessitatis vinculum
Vulnera facta tegit.
Imposito reges exorna, Iuppiter, auro:
Tu<,> Phoebe, lauro mollius
15 Tempora cinge mea.

X. Titulus TEGUMENTUM HUMANAE] TEGV–VM HV– E_1 | Cùm,] *om. comma* E_1 Cum, E_{34} | M DC XLI] M. DC. XLI. E_1 –, E_{34} | Hispania<,>] –, *E* | Italia, Anglia, / Scotia] I– Sco-/tia E_1 Anglia, Italia, / S– *Orelli* | Hibernia] Hy– E_1 | Seditio-/nes nunciarentur] S– / nunt- E_1 S– / nunc– E_{34}

1 Esse] ESse *A* | quod] quòd E_1C | mundi] M– *A* || **2** regum] R– *A* || **4** diademataeque] –áeque E_1 || **6** Purpureaeque] –áeque E_1 || **7** a] à *A* || **8** et] & *A* || **10** Vt] Ut E_{34} | inventa] inu– E_1 | corona] CORONA *A* || **12** tegit.] –, E_{34} || **13** reges] R– *A* | exorna, Iuppiter,] *om. commata* E_1 exorna Jupiter E_{34} || **14** Tu<,>] Tu, *E* | mollius] –ùs *A*

AD GEORGIUM STIVONEM.
Amico Alsatae, Philosophiam praelecturo,
Propempticon peripateticum.
ODE XI.

Ibis Stagirae, Stivo, doctum pulverem
 Colligere plenis curribus:
Paratus omne corporis periculum
 Subire, ritu militis.
5 Revocare mentem velle, dementis foret
 Et ex<s>ecrantis pulpita.
Quanquam ipse morbos quereris improbissimos,
 Vitamque p<a>ene evanidam.
Quod pallor oris, quodque gypsatum iecur,
10 Et lanceae pleuritidos,
Pulmoque laesus, et spuentis indicant
 Conchyliata vellera;
Aestusque cerebri nuper ad Platonicum
 Tumultuantis somnium:
15 Tamen rotabis ambulator machinam
 Annis tribus versabilem.
I, sed fideleis ultimum saltem accipe
 Timentis affatus tibi:

XI. Titulus GEORGIUM] GEORGIVM E_1 | praelecturo,] *praelectur Müller* | Propempticon] PROPEMPTICON *E* | peripateticum] PERIPATETICVM E_1 PERIPATETICUM E_{34}
1 Ibis] IBis *A* | Stivo] STIVO *E* STIVÓ *C* | pulverem] pulu— E_1 || **2** curribus:] —; E_{34} || **5** Revocare] Reu— E_1 || **6** ex<s>ecrantis] exe— E_1C exse— E_{34} || **8** Vitamque] Vitá— E_1 | p<a>ene] paenè E_1 penè $E_{34}C$ | evanidam] eu— E_1 *add. lineam Hipler* || **9** quodque] quó— E_1C | iecur] j— $E_{34}C$ || **11** Pulmoque] —óque E_1C | et] & *A* || **13** Aestusque] AEstúsque E_1C AE— E_{34} || **14** somnium:] —, *add. lineam Hipler* || **15** ambulator] AMBVLATOR E_1C AMBULATOR E_{34} | machinam] M— *A* || **17** ultimum] v —ùm E_1 —ùm $E_{34}C$

Vt sana mens servetur; excubiis caput,
20 Pluteoque pectus libera:
Opiniones parce moliri novas,
Contentus anteiqua lyra.

AD LAEVINIUM TRAGAM.
CAROLI BRISONII POETAE TESTUDO NUPTIALIS,
Sive Exemplar optimae Conjugis.
ODE XII.

Accipe, Laevini: taedas cur noster amicus
Spernat, et impatiens
Vivat tori Brisonius.
Admonitus sponsae, (genitrix genitorque monebant,)
5 Exagitante deo
In hanc ruit sententiam.
Quid mihi vobiscum est<,> Lamiae, neptesque Metelli
Ausoniaeque nurus,
Togata Romae emblemata.
10 Nolo tuam, nolo, Gracchi Cornelia, dotem:
Nam pretiosa nimis
Crepas avorum proelia.

19 Vt] Ut E_{34} | mens] M– *A* | servetur] seru– E_1 | excubiis] –ijs E_1 || **20** Pluteoque] –óque *A* || **21** novas] nouas E_1 || **22** lyra] L– *E* Lyrâ *C*

XII. Titulus LAEVINIUM] –VM E_1 | TESTUDO] –VDO E_1 | NUPTIALIS,] NV– *om. comma* E_1 | Sive Exemplar] SIVE / E– *E* Sive *om. et add. lineam Hipler* | Conjugis] Coni– E_1

1 Accipe,] AC– *om. comma E* AC– *C* | Laevini] LAEVINI *A* | amicus] A– *A* || **2** et] & *A* || **3** Vivat] Viuat E_1 | Brisonius] BRISONIVS E_1 BRISONIUS $E_{34}C$ || **4** sponsae] S– *A* | genitrix] G– *A* | genitorque] G–órq; E_1 G–q; E_{34} G– *C* || **5** deo] D– *A* || **7** Lamiae] LAMIAE *A* | neptesque] –ésque E_1C | Metelli] METELLI *A* || **8** Ausoniaeque] –éque E_1 | nurus] N– *A* || **10** Cornelia] CORNELIA *A* || **11** pretiosa] prec– E_{34} || **12** avorum] au– E_1 | proelia] pra– E_1C

Non mihi vertigo haec: ut pictae venditus arcae
Iurgia mille ferens
15 Tuis triumphis serviam.
Nec vos, quae formam longo iactatis in auro,
Ore pares Triviae,
Tanti Lacaenas fecero.
Quot fallunt mentita viros promissa puellae,
20 Lapsa simul viduas
Cerussa malas liquerit:
Sithoniasque nives, et lac ungentis asellae,
Et Veneris panacen
Carbone nox deterserit!
25 Finge tibi pulc<h>ram Briseida: quanta decoris
Atque pudicitiae
Quam pertinax discordia?
Gliscit, et ancipiti pugnat discrimine vultus:
Semper alunt oculi
30 Periculosa incendia,
Atque leveis iaciunt atomos, sed finge pudicam:
Litibus indubito
Et unguibus Calpurniae.
Femina sic nata est, ut saeviat: optima quaevis,
35 Mente ferox tacita
Discerpsit unum Penthea.

13 ut] vt E_1 | arcae] A— *A* || **14** Iurgia] J— E_{34} || **15** serviam] seru— E_1 || **16** iactatis] j— $E_{34}C$ || **17** Triviae] Triu— E_1 || **18** Lacaenas] LACAENAS *A* || **22** Sithoniasque] —ásque E_1 | nives] niues E_1 | et] & *A* | ungentis] v— E_1 || **23** panacen] —s E_{34} || **24** deterserit!] —. *E* || **25** Briseida] BRISEIDA *A* || **27** Quam] Quàm *A* | discordia?] —! *E* || **28** et] & *A* || **31** leveis] leu— E_1 | iaciunt] j— $E_{34}C$ | atomos,] —. *E* | pudicam] —um *Müller* || **33** unguibus] v— E_1 | Calpurniae] CALPVRNIAE E_1 CALPURNIAE $E_{34}C$ || **34** Femina] Fae— E_1 | ut] vt E_1 | saeviat] saeu— E_1 | quaevis] —uis E_1 || **35** tacita] —â *A* || **36** unum] v— E_1

Quare adeo iam nunc thalamis absistite nostris:
Filia, quas petitis,
Praevenit una nuptias.
40 Gratior est nobis e buxo sutilis uxor,
Orpheos Eurydice
Testudo magni nominis.
Non adeo formosa quidem: neque enim sata cedro,
Vertice de Libani
45 Deducit excelsum genus.
Nec de plebe tamen communis filia silvae est.
Collibus Aoniis
Nutavit inter arbores.
Quam simul audivi, simul hausi pectoris igneis.
50 Sunt in amore duces
Non sola semper lumina.
Continuo duxique domum Peneida nostram;
Sertaque Pierides
Sparsere non mortalia.
55 Iamque tribus lustris, sine crimine vivimus una:
Dissidiisque sine
Libamus auratos dies.
Quod querar, haud habeo: tanta est concordia morum.
Ipsa regi facilis
60 Priscas Sabinas provocat.
Non invita silet: mittit responsa roganti,
Indole, qua tetricis
Occurrit Echo rupibus.

37 adeo] —ò E_1C | iam] j— $E_{34}C$ || **38** Filia] FILIA *A* || **39** Praevenit] Praeu— E_1 | una] v— E_1 || **40** e] è *A* | uxor] v— E_1 || **42** Testudo] TESTVDO E_1 TESTUDO $E_{34}C$ || **43** adeo] —ò E_1C | cedro] CEDRO *A* || **46** silvae] sylu— E_1 || **47** Aoniis] —ijs E_1 || **48** Nutavit] —uit E_1 | arbores] A— *E* || **49** audivi] —ui E_1 || **52** Continuo] —ò *A* | Peneida] PENEIDA *A* || **53** Sertaque] —áque E_1 || **55** Iamque] Iá— E_1 J— E_{34} | vivimus] viu— E_1 | una] vnà E_1 —à *C* || **56** Dissidiisque] —ijsque E_1 || **60** provocat] prou— E_1 || **61** invita] inu— E_1 || **62** qua] quà *C*

Sed neque, si ferio, crudele remurmurat; ut tu
65 Torva tuens Hecube:
Nec stridet, hirrit, ringitur.
Quin pulsata canit, gratoque agnoscit in ictu
Verberis esse rea:
Rursusque mulceri sinit.
70 Ac nisi percutiam, Scythicae de more maritae,
Seria conqueritur
Algere pectus coniugis.
Ergo manu rapio crineis chordasque sinistra;
Innumerisque modis
75 Infringo dextrum pollicem.
Quo magis increpito, digitisque micantibus erro
Colla per et faciem;
Maiore ridet gaudio.
Docta, velut Sappho, sed castior. illa suorum
80 Comis ad obsequia
Delenit aureis hospitum.
At non et metuo, ne sit me carior alter
Advena, zelotypis
Suasurus arma cornibus.
85 Duxi Penelopen. mediis licet usque procorum
Coetibus involitet,
Modesta nescit fallere.
Nec minus heroum choreis concessa sonandis,
Intemerata fidem
90 Fidesque servat integras.

64 crudele] —è *E* | ut] vt E_1 || **65** Torva] —ua E_1 || **67** gratoque] gratò— E_1 || **69** rursusque] rursú— E_1 || **72** coniugis] conj— $E_{34}C$ || **73** chordasque] —ásque E_1 | sinistra] —â *C* || **74** Innumerisque] —ísque E_1C || **76** Quo] Quò *A* | digitisque] —ísque E_1C || **77** et] & *A* || **78** Maiore] Maj— $E_{34}C$ || **79** castior.] *om. punctum Müller Hipler* || **82** et] & *A* || **83** Advena] Adu— E_1 || **84** cornibus] C— *A* || **85** mediis] —ijs E_1 | usque] v— E_1 || **86** involitet] inu— E_1 || **88** minus] —ùs *C* | heroum] H— *A* || **90** Fidesque] Fidé— E_1C | servat] —uat E_1

Quodque omnem superat famam; non aere maritum
Degravat, ac modicis
Contenta vivit sumptibus.
Fastiditque epulas, et sola vescitur aura.
95 Vncta genas oleo
Ex<s>tinguit arentem sitim.
Scilicet est sterilis, nunquam factura parentem:
Nec gremium citharae
Lucina donat pignore.
100 Im<m>o, velut Niobe, scrofa fecundior alba,
Ventre ferax gravido
Nummos et odas parturit.

AD MATREM JESU SUB CRUCE.
ODE XIII.

Infanda pateris, virgo: stas vel sic tamen,
Crucemque fulcis pectore.
Amicus, hostis, vir, puer, iuvenis, senex,
Et natus ipse sauciat.

91 Quodque] Quó— E_1C || **92** Degravat] —uat E_1 Degt— C || **93** vivit] viuit E_1 | sumptibus] sumt— E_{34} || **94** Fastiditque] —ítque E_1C | et] & A | sola] —â C | aura] —â C || **95** Vncta] U— E_{34} || **96** ex<s>tinguit] ext— E_1C exst— E_{34} || **98** Citharae] CITHARAE A || **99** Lucina] LVCINA E_1C LUCINA E_{34} || **100** Im<m>o] Imò A | Niobe,] NIOBE, E_1 NIOBE. E_{34} NIOBE *om. comma* C | scrofa] —â C | fecundior] fae— E_1 | alba] —â A || **101** gravido] grau— E_1 || **102** Nummos] NVMMOS E_1C NUMMOS E_{34} | et] & A | odas] ODAS A

XIII. Titulus AD MATREM JESU SUB CRUCE. / ODE XIII.] AD ... / SUB ... E_{34} AD ... IESV / SVB CRVCE. / ... E_1 LI. / AD ... IESV / SVB CRVCE. / ODE. OP

1 Infanda] IN— A | virgo] VIRGO A || **2** Crucemque] Crucé— E_1OP || **3** iuvenis] j— $E_{34}C$ iuu— E_1OP || **4** natus] NATUS E_{34} NATVS S | ipse] *add. comma OP* | sauciat] —ant OP

5 Visam ac videntem, visus ac videns premit
Maerore ineluctabili.
Tormenta vireis ipsa consumunt suas,
Dum tristis ubertas stupet.
O ad dolendum mater olim non rudis,
10 Nunc mulier. hoc deerat malis.
Ah, quae procella se maris falsi tibi
Contrita virgo comparet!
Amara vivae plangis invidiam neci.
Fert terra corpus debile:
15 Sed mens in alto fixa pendet stipite,
Sugitque mortem filii.
O maesta luctum, domina, mecum divide:
Nec parce multum supplici.
Per vulnus animae, quod sinu sub intimo
20 Praesagus ensis condidit;
Vivosque stantis oro maneis funeris,
Mei doloris numina.

6 Maerore] Mo— *A* || **8** ubertas] U— E_{34} V— *S* || **9** mater] MATER *A* || **10** mulier] M— *A* || **12** virgo] V— *A* || **13** vivae] viuae $E_{1}OP$ | invidiam] inu— $E_{1}OP$ || **15** mens] MENS *A* | stipite] S— *A* || **16** Sugitque] Sugí— *S* | filii] FILII *A* || **17** maesta] mo— *A* | luctum, domina,] — DOMINA, *C* luctum DOMINA *EOP* || **18** multum] —ùm *A* || **19** animae] ANIMAE *A* || **21** Vivosque] Vivó— *C* Viuó— $E_{1}OP$ | funeris] F— *A*

DIRAE.

Detestatur Auctor sanguinarium facinus Iudaeorum, in morte Christiani Pueri peractum.

ODE XIV.

Saevis licebit ergo Sabbatariis
  Impune nos occidere!
Non conqueror, quod aurum et immensas opes
  Avara gens emulgeat.
5 Nec, quod fluentem nauseam vultu creet
  Foetente flavos aspides.
Accuso ferrum: quale fratri prandium
  Cocturus Atreus strinxerat.
Audite, matres, facinus, et vel Colchicae
10 Vestris timete liberis.
Qua se Tirolis ultimo pandit iugo<,>
  Stat crypta subter porticum.
Fornix recessum noctis angustum premit,
  Et lux maligna temperat:
15 Penetrale caecum Mosis antiqua fide
  Serpens coronat aeneus.
Illud paternis saepe foedabat sacris
  Olens Apellarum tribus.
Horrore totus squalet ingrato locus,

XIV. Titulus facinus I—] f— / I— E_{34} | Iudaeo-/rum] Iu-/d— E_1 | Christiani Pueri] C— / P— E_{34} | per-/actum. / ODE XIV.] peractum. / ODE XIV. E_1

1 Saevis] SAEuis E_1 SAE— $E_{34}C$ | Sabbatariis] —tharijs E_1 || **2** Impune] —è E_1C || **3** quod] quòd E_1C | et] & *A* || **4** Avara] Au— E_1 | gens] G— *A* || **5** quod] quòd *A* || **6** Foetente] Fa— E_1 | flavos] flauos E_1 || **8** Atreus] —ûs E_1C || **9** , matres,] *om. commata* Matres *E* , M— *C* | et] & *A* || **11** Qua] Quà *A* | Tirolis] Ty— *A* | ultimo] v— E_1 | iugo] j— $E_{34}C$ || **12** crypta] C— *A* || **15** caecum] co— E_1 | Mosis] MOSIS *A* | antiqua] —â *C* || **17** foedabat] fa— E_1 || **18** Apellarum] APELLARVM E_1 APELLARUM $E_{34}C$

20 Vt officina febrium.
Huc rapitur, eheu, qualis aut Gyges fuit,
Aut pulc<h>er Hylas, pusio.
Cui Fausta Crispi, cui pepercissent trucis
Phaedrae novercales acus:
25 Ipsique torvum flere dignentur Getae,
Mucrone stricto supplices.
Iam noctiluca, fratre verso, iunxerat
Currus soporis obvios:
Quum clam doloso capta pomo victima
30 Insons ad aram sistitur.
Mox illigata ponitur saxum super,
Iuxtaque pelvim fuscina.
At conspicatus hinc et hinc cultros puer
Plorat trementi gutture.
35 Placasset iras, et ferarum, et anguium:
Mollisset enseis Thracios.
Vocem querentis lacteo coercuit
Iniecta collo fascia.
Iuvat ordinare rite iuratum scelus,
40 Annoque lustrali sacrum.
Stat pone Samuel, ante cretatus Michas,
Devotus Orco pontifex:
Per cuius obsoleta crineis infula
Limbo cucurrit rasili.

20 Vt] Ut E_{34} || **22** Hylas] Hylus *A* | pusio] P— *A* || **24** novercales] nou— E_{1} || **25** Ipsique] —íque E_{1} | torvum] —uùm E_{1} —ùm E_{34} || **27** Iam] J— E_{34} | noctiluca] N— *A* | iunxerat] j— $E_{34}C$ || **28** soporis] S— *A* | obvios] obu— E_{1} || **29** Quum] Cum *Hipler* || **30** aram] A— *A* || **32** Iuxtaque] —áque E_{1} J— E_{34} | pelvim] —uim $E_{1}C$ || **33** et] & *A* | puer] PVER E_{1} PUER $E_{34}C$ || **35** et] & *A* | et] & *A* || **36** Mollisset] Mollî— *C* || **37** coercuit] coë— $E_{34}C$ || **38** Iniecta] Inj— $E_{34}C$ || **39** Iuvat] Iuuat E_{1} J— E_{34} | rite] —è $E_{1}C$ | iuratum] j— $E_{34}C$ || **40** Annoque] —óque E_{1} || **41** pone] —è $E_{1}C$ | Samuel] SAMVEL E_{1} SAMUEL $E_{34}C$ | ante] —è $E_{1}C$ | Michas] MICHAS *A* || **42** Devotus] Deu— E_{1} | pontifex] P— *A* || **43** cuius] cujus $E_{34}C$

45 In tenera tota membra membratim manu
Saevitur ad fastidium.
A calce cuspis ad cruentum verticem
Sursum deorsum ducitur.
Ceu stella dempto sole tabescit, duae
50 Expalluere pupulae.
Ne pereat ulla pars voluptatis, sinunt
Tandem puellum plangere.
Ille moribunda voce c<a>espitat gemens,
Et murmure incerto absilit.
55 Tremuere postes: tota succussit domum
Testudo subterranea.
Bis terque moto culter illapsus solo
Manus refugit impias:
Atroque lampas concitata limite
60 Abrupit obscurum diem.
Nihil hi moveri. quas dolor peragat vices,
Avide tuentur co<m>minus:
Quo scissa flexu motet ora, quid loquax
Singultet aer hostiae.
65 Iamque a lacertis dissoluto corpore,
Fit vulnus unum ex omnibus.
Consumpta vita est, non tamen totum nefas;
Dictat furor nocentius.
Scrutantur exta, pallidae omentum necis,
70 Et fata fibris abdita.
In frusta sectos denique artus differunt,
Novo incoquendos ferculo.

45 tota] —à *A* || **46** Saevitur] Saeu— E_1 || **49** dempto] demto E_{34} | sole] S— *A* || **51** ulla] v— E_1 || **52** puellum] P— *A* || **53** moribunda] —â *C* | c<a>espitat] cespitat E_1C cae— E_{34} || **57** terque] té— E_1C || **59** Atroque] Atró— *C* || **61** moveri] mou— E_1 || **62** Avide] Auidè E_1 —è $E_{34}C$ | com<m>minus] cominus *E* || **64** aer] aër *A* || **65** Iamque] Iá— E_1 J— E_{34} | a] à *A* || **66** unum] v— E_1 || **72** Novo] Nouo E_1

Exin caninum balbus et denteis niger
Absistit in chorum senex:
75 Pateramque vergens sanguinis spumam ciet,
Additque verba noxia.
Hoc ultioni gentis infusum meae
Litetur, inquit, poculum.
Sic quisque in orbem purpuram libat, scyphi
80 Plenus Thyestei mero.
Et tanta poenis, Christiani, debitis
Dicemur ulti crimina:
Iudaea porci siquis ora sumine
Inungat, aut lucanicis!
85 Aut parricidam ludibundus obvium
Praebere cogat aleas!
Huc venditure mille verpos unico,
Caesar, redi teruncio.
Tu potius imi sessor Erebi, iustior
90 Antioche tortorum, redi:
Vna sub imo quidquid est Erebo triplex,
Canis, sorores, iudices:
Genus omne monstri turpius monstrum ferat,
Infanda proles Isaci.
95 Tityum relinquat ales, et Phlegyae pater
Gyrare cesset orbitam.
Suumque montem Sisyphus liber iugo
Miretur, et Lethen bibat:

73 et] & *A* || **75** Pateramque] —ámque E_1 || **76** Additque] Addí— E_1 || **77** ultioni] v— E_1 | gentis] G— *A* || **81** Christiani] CHRISTIANI *A* || **82** ulti] v— E_1 || **83** Iudaea] J— E_{34} || **85** obvium] obu— E_1 || **87** unico,] v— E_1 *om. comma Müller Hipler* || **88** Caesar,] *om. comma E Müller Hipler* || **89** potius] —ùs *A add. comma Müller* | iustior] j— $E_{34}C$ || **91** Vna] —à E_1C Unà E_{34} || **92** sorores] S— *A* | iudices] I— E_1C J— E_{34} || **93** ferat] —s E_1 || **95** et] & *A* | phlegyae] P— *E* | pater] satus *Müller* || **97** Suumque] Suú— E_1C | iugo] j— $E_{34}C$ || **98** et] & *A*

Aliasque rabida migret in fauces sitis
100 Famesque pomis insidens.
Quae poena mundi sontis est, et omnium;
Sit poena gentis unius.

ODE XV.
Descriptio Virginis, qualem in mentis excessu viderat.

Septima post caedem Gustavi fluxerat aestas
Boiorum in urbe principe.
Cum regeret Romam sacris octavus habenis,
Sacris Viennam tertius.
5 Tempore, quo secum certans Germania belli
Civilis augebat nefas.
Cum privatus adhuc, modo Dorstensonius hostis,
Captivus esset Hornius.
Nondum bis quat<t>uor lustris succinctus adibam
10 Silvas, Kalendis Iuliis.
A tergo cantabat avis, lucumque sonantem
Mulcebat aura lenior.

99 Aliasque] Aliá— E_1 || **100** Famesque] —ésque E_1C || **101** mundi] M— *A* | et] & *A* || **102** gentis] G— *A* | unius] v— E_1

XV. Titulus Ode XV. ... viderat.] XIV. / Virgo in mentis excessu visa. / Describitur summum Altare visendum Frisinga in / Ecclesia Cathedrali. / Opus Petri Pauli Rubens. / ODE. *OP*

1 Septima] SE—*A* | Gustavi] GVSTAVI *S* GUSTAVI E_{34} || **2** Boiorum] BOIORVM *OP* Boj— $E_{34}C$ | urbe] V— *S* U— E_{34} || **3** Cum] Cùm *S* | octavus] OCTAVUS *A* || **4** tertius] TERTIVS *S* TERTIUS E_{34} || **5** Germania] GERMANIA *A* | belli] B— *A* || **6** Civilis] Ciu— E_1OP || **7** Cum] Cùm *S* | privatus] priu— E_1OP | modo] —ò *A* | Dorstensonius] DORSTENSONIVS *S* DORSTENSONIUS E_{34} || **8** Captivus] —uus E_1OP | Hornius] HORNIVS *S* HORNIUS E_{34} || **9** quat<t>uor] quattuor *EOP* || **10** Silvas] Syluas E_1 Siluas *OP* | Iuliis] —ijs E_1OP J— E_{34} || **11** avis] auis E_1OP | lucumque] lucú— *S*

Ante, toro ripae, nymphis innixa loquaceis
Trudebat undas Isara.
15 Heic ego rem miram vidi, aut vidisse putavi,
Eoa post crepuscula.
Virgo serenati circumdata solis amictu
Lunam premebat calcibus,
Os humerosque deae similis; quantamque referre
20 Augusta maiestas potest.
Regia frons, acres oculi, lux vivida: vultus
Castis renidens gaudiis.
Hinc atque hinc vigiles ex<s>ultavere pyropi
Formosa circum tempora.
25 Ipsa, caput nitido risu turgentibus astris
Cinctum modeste sustulit.
Cingebant bis sena: comam diffundere vento
Vetabat alba taenia.
Pars tamen in laevam, quod erat neglecta decore,
30 Vndare visa gratius.
In manibus portante dea formosior infans,
Florebat instar sideris.
Ecce autem insidias huic formidabile monstrum
Tendebat, immanis draco;
35 Prodigiis septem capitum suspensus in auras,
Et dena tollens cornua:
Agmine membrorum longe post terga relicto,
Et implicatis nexibus.

13 Ante] —è *A* | nymphis] N— *A* || **14** undas] v— E_1OP | Isara] ISARA *OP* || **15** putavi] —ui E_1OP || **17** solis] S— *A* || **19** humerosque] —ósque *S* | deae] D— *A* | quantamque] —ámque E_1OP || **20** maiestas] M— E_1OP Maj— $E_{34}C$ || **21** vivida] viu— E_1OP || **22** gaudiis] —ijs E_1OP || **23** ex<s>ultavere] exuuere E_1 exs— E_{34} exsultau— *OP* || **24** circum] —ùm *A* || **26** modeste] —è *A* || **29** laevam] laeuam E_1OP | quod] quòd *A* | decore] —è *A* || **30** Vndare] U— E_{34} | gratius] —ùs *A* || **31** dea] Deâ *S* D— E_{34} | infans] I— *OP* || **34** draco] D— *OP* || **35** Prodigiis] —ijs E_1OP || **36** Et dena] Bis quina *OP* || **37** longe] —è *S*

Si molem expendam; quantus, qui corpore vasto
40 Arctoa plaustra separat.
Tertia stellarum pars cauda tracta deorsum
Serpebat in vestigia.
Vipereus thorax: facies tot mortibus horrens
Carbone gliscit igneo.
45 Cocytum fauces spirant, nebulamque rogumque,
Et spissa fumi flumina.
Iamque minax tenerum propere sorbere puellum
Cristatus assurrexerat.
At mulier passis super aethera grandibus alis
50 Librare corpus fulgidum:
Attractoque genu procul evitare sinistro
Os multiformis Cerberi.
Ipse etiam, ceu se sciat evasisse periclum,
Laetatur ingens parvulus.
55 Et micat, et matrem iuvat, et connititur ultra
Gestu triumphali ferox:
Sanguineasque iubas, et ahenae verbera squamae,
Et vana spernit sibila.
Desuper armipotens genius quoque fulminat hydram
60 Ferro nocentem flammeo.
Detruncata vomit saniem, atque irascitur hosti,
Ipsaque in ira supplicat.

41 cauda] —â *A* || **43** tot] malè *OP* || **45** nebulamque] —ámque *S* | rogumque] —úmque *S* || **47** Iamque] Iá— E_1OP J— E_{34} | propere] —è *S* | puellum] P— *A* || **51** Attractoque] —óque *S* | evitare] eu— E_1OP || **53** evasisse] eu— E_1OP || **54** parvulus] PARVVLVS E_1OP PARVULUS $E_{34}C$ || **55** et] & *A* | matrem] MATREM *A* | iuvat] iuuat E_1OP j— $E_{34}C$ | et] & *A* | ultra] v—à E_1OP —à $E_{34}C$ || **57** Sanguineasque] —éasque E_1OP | iubas] j— $E_{34}C$ | et] & *A* | squamae] squammae E_1 || **59** genius] GENIVS E_1OP GENIUS $E_{34}C$ | hydram] H— *A* || **61** Detruncata] Detruu— *OP* | irascitur] í— *OP* || **62** Ipsaque] —áque E_1OP | ira] irâ *C*

Sed varios maculis frustra torquetur in orbeis,
  Virusque spumat lividum.
65 Personat interea toto victoria caelo
  Sternitque palmis semitas.
Vt vidi, ut stupui: ut me metuenda voluptas
  Horrore sacro perculit:
O dea, dicebam (neque enim mortalia cerno
70 Mortalis) o certe dea!
O quaecunque fugam per candida nubila carpis,
  Sontemque calcas bel[l]uam:
Si non deludor, minimis si vatibus esse
  Dignaris aspectabilis:
75 Da quoque clara meis oculis te, diva, videndam:
  Vt mente nunc permetior.
Audiit: et laeva de parte rubentis Olympi
  Amoena nubes intonat.
Frisingam versus fax una clara cucurrit,
80 Vibrans colores iridis.
Post ea forte illuc summam delatus in aedem
  Arae fruor spectaculo.
Obiectos animo vultus, habitumque, coloremque,
  En, penicillus exhibet.
85 Qualiter artifici radio miracula ducit
  Rubens Apelles Teutonum.

64 Virusque] –úsque E_1OP | lividum] liu– E_1OP || **65** victoria] VICTORIA *A* | caelo] co– $E_{34}OP$ || **66** Sternitque] –ítque E_1OP || **67** Vt] Ut E_{34} | ut] vt E_1OP | ut] vt E_1OP || **69** dea,] DEA *EOP* DEA, *C* || **70** o] ô *A* | certe] –è *S* | dea] DEA *A* || **72** Sontemque] –émque E_1OP | bel[l]uam] belluam *EOP* || **73** vatibus] V– *A* || **75** diva] DIVA *A* || **76** Vt] Ut E_{34} || **77** Audiit] –ijt E_1OP | et] & *A* | laeva] laeua E_1OP –â *C* || **78** intonat] –át *OP* || **79** Frisingam] FRISINGAM *A* | una] vnà E_1OP –à $E_{34}C$ || **80** iridis] I– *A* || **81** forte] –è *A* | summam] S– E_1OP | aedem] AE– *A* || **82** Arae] ARAE *A* | fruor] furor *C* || **83** Obiectos] Obj– $E_{34}C$ | habitumque] –úmque *S* | coloremque] –émque *S* || **86** Rubens] RVBENS E_1OP RUBENS $E_{34}C$

Protinus exclamo: talem suspeximus olim
    Divina passi virginem.
Tune ergo, praedulce decus, Nazareia virgo,
90   Alata bellatrix eras?
Vive, vale. Sed, cum serpens antiquus ab Orco
    Redibit illaetabili;
Eripe nos etiam, mansurisque instrue pennis
    Tecum volaturum gregem.

88 Divina] Diu– E_1OP | passi] paßi *S* | virginem] V– *A* || **89** Tune] Túne E_1OP Túnc *C* | ergo,] *om. comma EOP* | Nasareia] –ïa *A* | virgo] V– *EC* Vitgo *OP* || **90** bellatrix] B– *A* | eras?] –! E_{34} || **91** Vive] Viue E_1OP | cum] cùm *S* | serpens] S– *A* || **93** mansurisque] –ísque *S* || **94** gregem] G– *A*

DIALOGUS
VOLUPTATIS & CONTINENTIAE.
Exemplo Horatii in lib. Epod. Od. XII. inter eundem et Canidiam. Auctor theatrali Sc<a>enae accommodavit<.> Est autem haec ipsa lucta Carnis et Spiritûs in D. Augustino, quam descripsit l. 8 Confess<.> c. 11.
ODE XVI.
Retinebant me nugae nugarum, et vanitates vanitatum, antiquae amicae meae: et succutiebant vestem meam carneam, et submurmurabant; Dimittísne nos, & c.
VOLUPTAS.

Ingrate primum (nam quis audacem neget?)
Moliris, Augustine, degenerem fugam?
Et haec, et ista et ista demum gaudia,
(Quaeque ipse nosti) pariter elabi sinis,
5 Vnoque iactu mentis aeternum abdicas?
Frustra resistis<.> ipsa genialem torum
Natura suadet. dulce, naturam sequi.

XVI. Titulus DIALOGUS] –VS E_1 | VOLUPTATIS] VOLV– E_1 | Horatii] –ij E_1 | in lib.] *om. Hipler* | eundem / et] e– et / *E* | Auctor] AVCTOR E_1 AUCTOR E_{34} | accomoda-/vit<.>] accomodauit. / E_1 accomo-/davit. E_{34} | Carnis et Spiri-/tûs ... Augustino] C– et S– ... AV-/GVSTINO E_1 C– et / S–us ... AUGUSTINO E_{34} | quam ...] quam / ... E_{34} | l.] l E_1 | 8 / Confess<.>] 8. Confess E_1 VIII Confess. E_{34} | 11] XI E_{34}

Subtitulus I. vani-/tatum] vanita-/tum E_{34} | submurmurabant; Dimit-/tísne] s–; / D– E_1 s–; / D–isne E_{34} | VOLUPTAS.] VOLV– E_1 –, E_{34}

1 Ingrate] IN– E_1C IN–a E_{34} | primum] –ùm *A* || **2** Augustine] AVGVSTINE E_1 AUGUSTINE $E_{34}C$ || **3** et] & *A* | et] & *A* | ista] illa *E* || **4** Quaeque] –éque E_1 || **5** Vnoque] Vnó– E_1C U– E_{34} | iactu] j– E_{34} | aeternum] –ùm *A* || **6** resistis<.>] –. *E* || **7** Natura] NATVRA E_1 NATURA $E_{34}C$ | naturam] NATVRAM E_1 NATURAM *EC*

Nolens traheris. nesciant sane truces
Amare scopuli; quosque Caucasea nive
10 Perpetua monteis durat obsessos hiems.
Sed terra mollis peperit humanum genus.
Nunquam severi vena marmoris tepet:
At tua calescit, consciosque sanguinis
Argutat igneis. cum tuis (age, exue
15 Si potes, amorem patris) Adeodatus
Infunderetur brachiis, rupes eras?
Cum respuenti pel[l]ices Alipio
Saltem probares nuptias, silex eras!
O te repente duriorem cautibus,
20 Quem molliorem nuper haedo vidimus!
Quid restitas, abductus orbeis luminum,
Tergumque furis instar obvertis mihi?
Curas fugavi, depuli tristeis metus:
Iam me relinques, qualis Aegides suam,
25 Vanus Ariadnam! tu pudicus, tu probus!
Sed non inultam riseris, nec deserar
Onusta probris. Semper haerebo comes:
Fatalis umbra semper invitum sequar.
Impune ut orbem crimine impleris tuo?
30 Confessus illud crimine impleris meo?
Dignis ut usque, profuge, poenis suppetas:

8 traheris] —éris *A* | sane] —è *A* || **9** quosque] quó— E_1C | Caucasea] —â *C* —sia *Hipler* | nive] niue E_1 || **10** hiems] hy— E_1 || **12** severi] seu— E_1 || **13** consciosque] —ósque E_1C || **14** cum] cùm *A* || **15** Adeodatus] ADEODATVS E_1 ADEODATUS $E_{34}C$ || **16** brachiis] —ijs E_1 || **17** Cum] Cùm E_1C | Alipio] ALIPIO *A* || **18** eras!] —? *C* || **19** repente] —è *A* || **20** haedo] ho— $E_{34}C$ | vidimus!] —? *C* || **22** Tergumque] —úmque E_1C | obvertis] obu— E_1 || **23** fugavi] —ui E_1 || **24** Aegides] AE— *A* || **25** probus!] —? *C* || **28** umbra] V— E_1C U— E_{34} | invitum] inu— E_1 || **29** Impune] —è E_1C | ut] vt E_1 | tuo?] —. E_{34} || **31** ut] vt E_1 | usque] v— E_1 | , profuge,] *om. commata E*

Pacem diei, turbidae nocti suum
Adimam soporem, et mille formas ingeram:
Quibus perire ut non velis, pereas tamen.
35 Figam medullis abditas imis faces.
Damnatus alter cordis Ixion tui,
Volves amoris flebilem<,> volves rotam.
Faxoque, ut alter Tantalus, Cyprii maris
Mediis in undis, inter ipsa somnia,
40 Amplexuumque, corporumque imagines,
Feras dolores, et novum sitis genus.
Liquida adnatabit nympha: non tamen bibes.
Lepida advolabit forma: non tanges tamen,
Nunquam mederi vulnerato pectori
45 Ausurus: absens semper et propior mihi.
Poterisne nobis hospes antiquus sine
Noctem vel unam ducere? ah, hoc non potes.
Periere mores. illa libertas tua
Necessitatis in catenam transiit.
50 Dissolve nodum: vincla rumpe ferrea;
Quos fecit usus ex tot annis an[n]ulos,
Poteris vel unum rumpere? ah, nec hoc potes.
Sed finge posse: cur velis? tamen iuvat
Saevitia facilis, et madentes lacrimis
55 Rudibus timores, et decens licentia,

32 suum] suam *C* ‖ **33** et] & *A* ‖ **34** ut] vt E_1 ‖ **37** Volves] —ues E_1 | volves] —ues E_1 ‖ **38** Faxoque] —óque E_1C | ut] vt E_1 | Cyprii] —ij E_1 ‖ **39** Mediis] —ijs *E* | undis] v— E_1 ‖ **40** Amplexuumque] —úmque E_1C | corporumque] —úmque E_1C ‖ **41** et] & *A* | novum] nouum E_1 ‖ **42** nympha] N— *A* | bibes] bipes *C* ‖ **43** advolabit] adu— E_1 ‖ **45** et] & *A* ‖ **46** Poterisne] —ísne E_1C ‖ **47** unam] v— E_1 | ah, hoc non] ah non E_1 ah, id non E_{34} ‖ **49** transiit] —ijt E_1 ‖ **50** Dissolve] —ue E_1 ‖ **51** usus] v— E_1 ‖ **52** unum] v— E_1 | ah, nec hoc] ah non E_1 ah, id non E_{34} ‖ **53** iuvat] iuuat E_1 j— $E_{34}C$ ‖ **54** Saevitia] Saeu— E_1 | et] & *A* | lacrimis] lacry— *A* ‖ **55** et] & *A*

Gratusque pallor, atque iucundi metus.
Huc huc sorores, quotquot estis, Gratiae:
Instemus operi, ludicrumque transfugam
Byssi recentis vinciamus compede.
60 Aglaia, murto necte crineis uvidos:
Thalia collum cingat, Euphrosyne latus.
Super ipsa totam mollis infundam Cyprum.

56 Gratusque] —úsque E_1C | iucundus] j— $E_{34}C$ || **57** sorores] S— *E* Sopores *C* | Gratiae] GRATIAE *A* || **58** ludicrumque] —úmque E_1C || **60** Aglaia] AGLAIA *A* | murto] my— *A* | uvidos] vu— E_1 || **61** Thalia] THALIA *A* | Euphrosyne] EVPHROSYNE E_1 EUPHROSYNE $E_{34}C$

CONTINENTIA.

Aperiebatur enim ab eâ parte, quâ intenderam faciem, et quò transire trepidabam, Casta Dignitas Continentiae, serena, et non dissolutè hilaris, et c. Et irridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret: Tu non poteris, quod isti & istae? an verò isti & istae, & c.

Canidia turpis, publicum mundi malum,
Effrons voluptas, parce vocibus sacris
65 Infixa caelo devocare sidera.
Spargis venenum, quod nec Alcides bibit
Vestitus atro munere uxoris suae:
Neque aut Iolcos misit, aut Iberia.
Circe valenti carminum sono potens
70 Induere setis remiges Vlyssei;
Absiste tandem, teque luci subtrahe.
Huc noster Augustine, conversos refer
Huc tristis oculos, et per aetherium mare
Puerumque coetus ac puellarum vide,
75 Anusque viduas, et verecundas nurus:
Quas nulla turpis cepit insolentiae
Cupido. Tu non poteris, heu timidum genus,
Quod isti et istae? An isti et istae ferrei,

Subtitulus II. eâ] ea *E* | quâ] qua *E* | fa-/ciem, et] faciem, / et *E* | Dignitas / Continentiae, serena] D— C—a, / s— E_1 D— Continen-/tiae, s— E_{34} | dissolutè] —e E_{34} | et c.] & c. *E* | Et / irridebat me irrisione] Et … ir-/risione E_1 Et ir-/ridebat … E_{34} | quasi diceret] q— dice-/ret E_{34} | Tu / non poteris] Tu non pote-/ris E_1 | istae? …] istae? / … E_{34} | an verò / isti &] an verò isti / & E_1 | & c.] et c. *E*

63 Canidia] CANIDIA *A* | mundi] M— *A* || **64** voluptas] VOLVPTAS E_1 VOLUPTAS $E_{34}C$ || **65** caelo] co— E_{34} | devocare] deu— E_1 || **67** uxoris] v— E_1 || **68** Iolcos] J— *C* || **69** Circe] CIRCE *A* || **70** Vlyssei] U— $E_{34}C$ || **71** teque] té— E_1C || **72** Augustine] AVGVSTINE E_1 AUGUSTINE $E_{34}C$ | conversos] conu— E_1 || **73** et] & *A* || **74** puerumque] Puerû— *A* | puellarum] P— *A* || **75** Anusque] Anú— E_1C | et] & *A*

Aut, quae tremescis, viribus nixi suis
80 Vicere fragilis blanda naturae mala?
Deus deorum me volentibus dedit
Morum magistram; meque praefecit choro
Agnum sequenti per Zionis pascua,
Quocunque passu laneo figit pedem.
85 Dignos et ipsa mentis igneis excito,
Casto decore sobrioque pulc<h>rior:
Nec vero sterilis. signa mundi suspice:
Quot astra cernis, pura cum nox albicat,
Tot pario natos de marito numine
90 Fecunda mater, liberos simileis mihi;
Serena frontem, sparsa florenteis comas,
Et virginali vincta zona gaudia.
Pars in virenti colle vellus aureum
Pectunt ligustris, et protervia rosae:
95 Pars astra nectunt, et capillis illigant.
Invito: sequere, si coronari cupis.
Expando plenas liliis ad te manus.
Quid turbulentas fluctuans trahis moras?
Lascivientem mitte sectari lupam.
100 Fallit voluptas, brachiisque vinculum
Incantat ore Thessalo venefica.
Mihi fide: posthac laetius vives deo<.>

79 tremescis] tremi– *A* || **80** naturae] N– *A* || **81** Deus] DEVS E_1 DEUS $E_{34}C$ | deorum] DEORVM E_1 DEORUM $E_{34}C$ || **82** magistram] M– *A* | meque] mé– E_1C || **83** Agnum] AGNVM E_1 AGNUM $E_{34}C$ | Zionis] S– *A* || **85** et] & *A* || **86** sobrioque] sobrió– E_1C || **87** vero] –ò *A* | mundi] M– *A* || **88** cum] cùm E_1C || **89** numine] NVMINE E_1 NUMINE $E_{34}C$ || **90** Fecunda] Fae– E_1 | mater] MATER *A* | liberos] L– *A* || **92** zona] –â *A* | gaudia] GAVDIA E_1 GAUDIA $E_{34}C$ || **94** et] & *A* | protervia] –uia E_1 –â *C* || **95** et] & *A* || **96** Invito] Inu– E_1 | liliis] –ijs E_1 || **97** liliis] –ijs E_1 || **99** Lascivientem] Lasciu– E_1 || **100** voluptas] VOLVPTAS E_1 VOLUPTAS $E_{34}C$ | brachiisque] –ijsque E_1 || **102** laetius] –ùs *A* | vives] viues E_1 | deo<.>] DEO. *E* DEO: *C*

AD ANDREAM GARSTIUM
Mariaemastig<i>a.
ODE XVII.

Quid tibi vis, Garsti, balat[h]ronum digne catasta,
　　Afra animos immitior angui?
Cui furis indomitae monstrum memorabile buccae,
　　Non aequet quam plumbeus auster.
5 Nympham canto meam. Nisam cantat alter, et alter
　　Vsque suam Pholoen. quis Amyntae
Invidet arguta resonanti Phyllida canna?
　　Quis Mopsum vetat esse poetam?
Atqui nostra deas forma supereminet omneis,
10 　　Vt cedrus despectat aristas.
Ambrosio talos a vertice nullus ad imos
　　Naevus ebur vitiat Marianum.
Purpureus sed enim radiet quod matris in ore
　　Filius: haec similem sibi natum
15 Apprimat, ut lentis hederis adstringitur ilex;
　　Paene crepas: utinamque crepares!
Malles scurra, tuam cantari Deianiram.
　　Perge scelus, miser esse: dolere

XVII. Titulus AD ANDREAM GARSTIUM / Mariaemastig<i>a. / ODE XVII.] AD ... GARSTIUM, / MARIAEMASTIGA. / ... E_{34} AD ... GARSTIVM / ... E_1 XXXII. / AD ... GARSTIVM / MARIAEMASTIGA. / ODE *OP*
1 Quid] QUid E_{34} QVid *S* | Garsti] GARSTI *A* | balat[h]ronum] balathr— *S* balatr— E_{34} | catasta] —â *C* || **2** Afra] —â *A* || **4** auster] A— *A* || **5** Nympham] NYMPHAM *A* | et] & *A* || **6** Vsque] U— E_{34} | Pholoen] —ën *A* | Amyntae] —thae E_1 || **7** Invidet] Inu— E_1*OP* | arguta] —â *A* | canna] —â *A* || **8** poetam] Poë— *A* || **9** deas] D— *A* | forma] —â *S* || **10** Vt] Ut E_{34} || **11** a] à *A* || **12** Naevus] Naeuus E_1*OP* || **13** quod] quòd *A* | matris] MATRIS *A* || **14** Filius] FILIUS E_{34}*C* FILIVS E_1*OP* | natum] NATUM E_{34}*C* NATVM E_1*OP* || **15** ut] vt E_1*OP* || **16** Paene] Paenè *A* | utinamque] vtiná— E_1*OP* | crepares!] —. *EOP* || **17** scurra,] *om. comma EOP* | Deianiram] Deï— *A* || **18** Perge scelus,] *om. comma E* P—, S—, *OP*

Si cupis, augebo stimulis inamabile votum:
20 Nam dom<i>nae plus laudibus addam.
Et modo populeis mandabo nomina truncis,
Vere novo crescentia late.
Aurifluis modo lemniscis encomia cingam,
Astra super ducentibus Horis.
25 Nec prius absistam tactis ad carmina nervis
Virgineas percurrere dotes:
Quam tua prae rabie rumpantur, et ilia latrent,
Sicanios imitata Molossos.

AD WOLFGANGUM MIRISIUM.
De Gymnosophistis Indorum, quos Brachmanas vocant.
Ex Bardesane Hist. Babyl. & aliis.
ODE XVIII.

Dulcis Mirisi, suavis artium lepor,
Festive Musarum pater:
Quem blanda in auras ipsa virtus edidit,
Multique splenis gratia.
5 Mirare mecum mollis Indiae sophos,
Regnique Athenas barbari.

20 dom<i>nae] DOMINAE *EOP* DOMNAE *C* || **21** modo] —ò *A* || **22** Vere] VERE *OP* | novo] nouo E_1*OP* | late] latè *A* || **23** modo] —ò *A* || **25** prius] priùs *S* | nervis] neruis E_1*OP* || **26** Virgineas] Vitg— *OP* | dotes] doteis *OP* || **27** Quam] Quàm *S* | et] & *A* || **28** Molossos] m— *A*

XVIII. Titulus WOLFGANGUM] VV—VM E_1 VV—UM E_{34} | MIRISIUM] —VM E_1 | aliis] alijs E_1

1 Dulcis] DV— E_1*C* DU— E_{34} | Mirisi] MIRISI *A* | suavis] —uis E_1 | artium] A— *A* || **2** Festive] —ue E_1 | Musarum] MVSARVM E_1 MUSARUM E_{34}*C* || **3** virtus] V— *A* || **4** Multique] —íque E_1 | gratia] G— *A* || **5** Indiae] INDIAE *A* | sophos] S— *A* || **6** Regnique] —íque E_1

Europa non est sola, quae doctos creat,
    Troianus ut forteis equus.
Quandoque dignus aemulator Socratis
10   Caelo sub omni nascitur.
Cangoxa stellis clarus, Izaffo mari,
    Xacottus usu germinum,
Indi fuere. fama Brachmanas canit
    Late per orbem didita.
15 Student et isti curiosam ponere
    In fonte naturae sitim.
Hos mirus aeque nodus in scirpo iuvat,
    Et musca cum proboscide:
Ordoque rerum nexus, et gaudens rapit
20   Indago veri tortilis.
Sed enim laborant fodere causarum abdita,
    Diesque iungunt noctibus.
Non ut protervae bonzii superbiae,
    Et intepentis ingeni:
25 Qui capitis ingens quamlibet negotium,
    Et crebra curarum agmina,
Tonansque cerebrum iam fatiscentes crepant
    Prae copia scientiae:
Vigileisque lunas t<a>etra post insomnia
30   Tristi querantur iurgio:

7 Europa] EVROPA E_1 EUROPA $E_{34}C$ || **8** Troianus] Troj– E_{34} Tioj– *C* | ut] vt E_1 | equus] E– *A* || **9** Socratis] SOCRATIS *A* || **10** Caelo] Co– $E_{34}C$ || **11** Cangoxa] CANGOXA *A* | Izaffo] IZAFFO *A* || **12** Xacottus] XACOTTVS E_1 XACOTTUS $E_{34}C$ | usu] v– E_1 || **13** fama] F– *A* | Brachmanas] BRACHMANAS *A* || **14** Late] –è E_1C | orbem] O– *A* || **15** et] & E_1C || **16** naturae] N– *A* || **17** aeque] –è *A* | scirpo] scripto *C* | iuvat] iuuat E_1 j– $E_{34}C$ || **19** Ordoque] –óque E_1C | et] & *A* || **20** veri] VERI *A* || **21** causarum] causs– *E* || **22** Diesque] Dié– E_1 | iungunt] j– $E_{34}C$ || **23** ut] vt E_1 | protervae] –uae E_1 | bonzii] BONZII *A* || **24** ingeni] –î E_{34} || **27** Tonansque] Toná– E_1 | iam] j– $E_{34}C$ || **28** copia] –â *C* | scientiae] S– *A* || **29** Vigileisque] –ísque E_1 | lunas] L– *A* || **30** iurgio] j– $E_{34}C$

Haec inter omni dissoluti fibula
Vtramque in aurem dormiunt.
Stagaia princeps factionis horridae
Morosus arcet otium:
35 Osorque fuci, pellit ignavum pecus
Flavis apum praes<a>epibus.
Lyc[a]ea quovis sole lustrat singula,
Dignosque mactat praemio:
Seu parte clavi, merce seu novaculae,
40 Seu dente plumbei pectinis,
Acuve, qualem fusus efformat chalybs,
Figente crineis virginum.
Lebete primum quemque donat aeneo,
Tripodisve frusto ferrei:
45 Aut orbe rapto de catenis an[n]uli
Ex Lusitano carcere.
Immane pretium rebus his novitas facit,
Et aestimans penuria.
Accedit artis expolitae cos, honor;
50 Maiorque, quam nostratium<.>
Quos longa postquam macerarunt taedia,
Contemptus occidit prope.
Persaepe doctae flagitant buccae stipem,
Turpique tabescunt fame.

31 fibula] —â *A* || **32** Vtramque] U— E_{34} || **33** Stagaia] STAGAIA *A* | factionis] F— *A* || **34** otium] O— *A* || **35** Osorque] Osó— E_1 | ignavum] —uum E_1 || **36** Flavis] —uis E_1 || **37** quovis] —uis E_1 | sole] S— *A* || **38** Dignosque] —ósque E_1 || **39** clavi] —ui E_1 | novaculae] nou— E_1 || **40** plumbei] —êi *E* || **41** Acuve] Acúue E_1 Acúve *C* || **44** Tripodisve] —ísue E_1 —ísve *C* || **47** pretium] prec— $E_{34}C$ | novitas] nou— E_1 || **49** artis] A— *A* | honor] HONOR *A* || **50** Maiorque] Maió— E_1 Maj— E_{34} Majó— *C* | quam] quàm E_1C | nostratium<.>] N—. *E* || **51** macerarunt] —ârunt E_1C || **52** Contemptus] —mtus E_{34} | occidit] occî— *C* | prope] —è *C* || **54** Turpique] —íque E_1C

55 Ergo, aut monentur cum vagis tonsoribus
Lippisque c[o]enam sumere:
Aut foeda subeunt antra textorum, neque
Terrentur a prurigine.
Latrante stomacho, pars canunt ad pulpitum,
60 Et sceptra quassant ulmea.
Pars templa purgant, et metalla turrium
Tractis fatigant funibus.
Pars ad gementeis destinantur praeficas
Poscente curam funere:
65 Putrisve curant maesta Libitinae sacra,
Ac se sepulcris elocant.
Detestor omnem, qua patet, Germaniam.
Hoc est fovere lit<t>eras!
Heu, saeva nescis terra, quid sapientiae,
70 Quid debeatur artibus.
Id disce saltem, si poetam respuis,
A sole tostis civibus.
Assurgit omne vulgus Indorum sopho,
Pedumque lingit pulverem.
75 Quicunque propius astra vidit, est sacer:
Nutritur ex aerario.
Diis par habetur, dividensque oracula
Capit voventum munera:
Barroque vectus per plateas candido
80 Plebem salutat cernuam.

56 Lippisque] —ísque E_1C ‖ **58** a] à *A* ‖ **60** ulmea] v— E_1 ‖ **61** et] & *A* ‖ **63** praeficas] P— *A* ‖ **65** Putrisve] —ísue E_1 —ísve *C* | maesta] mo— *A* ‖ **67** qua] quà *A* | Germaniam] GERMANIAM *A* ‖ **68** fovere] fou— E_1 | lit<t>eras] Lit— *A* ‖ **69** saeva] —ua E_1 | terra] T— *A* | sapientiae] SAPIENTIAE *A* ‖ **70** artibus] ARTIBVS E_1 ARTIBUS $E_{34}C$ ‖ **71** poetam] Poë— *A* ‖ **72** civibus] ciu— E_1 ‖ **73** sopho] S— *A* ‖ **74** Pedumque] Pedú— E_1C | pulverem] pulu— E_1 ‖ **75** propius] —ùs *A* ‖ **77** Diis] Dijs E_1 | dividensque] diuidé— E_1 —énsque *C* ‖ **78** voventum] vou— E_1 ‖ **79** Barroque] —óque E_1C ‖ **80** cernuam.] —, *C*

Hoc, nempe, cupidos, hoc capaceis gloriae
Gratis fodit calcaribus.
Adeoque dulcis fama divinis prope
Titillat Indos laudibus.
85 Exin cupido fervet instar cac<c>abi
Ebullientis ad focum.
Sudant mereri nomen ac divum iubar,
Seque aemulantur splendide.
Macies in usu: rara sunt convivia:
90 Mens omnis est in aethere.
Ariete caeli ianitore, florida
Pandente veris atria:
Quo proeliantur, ac sedere nescii
Furunt iocosis caestibus:
95 Mos est, in aulam convenire publicam,
Belli loquacis aream.
Dant specimem illic, quotquot urget ambitus
Inter schacodas evehi.
Scandit salignam Maccasaius exedram,
100 Cudone defensus caput.
Diversa fingit ora primum in pergula,
Vt taurus olim nubilus.

81 , nempe,] *om. commata E* || **83** Adeoque] —óque E_1C | fama] F— *A* | divinis] diu— E_1 | prope] —è *C* || **84** Indos] INDOS *A* || **85** fervet] feruet E_1 || **86** Ebullientis] —ís *C* || **87** divum] Diuûm E_1 Divûm $E_{34}C$ | iubar] j— $E_{34}C$ || **88** Seque] Sé— E_1C | splendide] —è E_1C || **89** usu] v— E_1 | convivia] —uiuia E_1 || **91** caeli] co— $E_{34}C$ | ianitore] j— $E_{34}C$ || **92** veris] V— *A* || **93** proeliantur] pra— E_1C | nescii] —ij E_1 || **94** iocosis] j— $E_{34}C$ || **95** aulam] AVLAM E_1 AULAM $E_{34}C$ | convenire] conu— E_1 | publicam] PVBLICAM E_1 PUBLICAM $E_{34}C$ || **97** urget] v— E_1 || **98** schacodas] SCHACODAS *A* | evehi] eu— E_1 || **99** Maccasaius] MACCASAIVS E_1 MACCASAIUS $E_{34}C$ || **101** Diversa] Diu— E_1 | primum] —ùm *A* || **102** Vt] Ut E_{34}

Rugosa cedit fronte paul[l]atim fera,
    Bovisque bella torvitas.
105 Post, disputanti rite facturus moram
    Sermone Martem proluit.
Dum laureatas ventilant zephyri theses
    Hinc inde flabris mollibus;
Mordebit ungueis interim, aut vellet pilos
110   Aut erudite tussiet.
Est, qui susurro solvit haerenteis aquas,
    Scaphamque distinguit scapha.
Plerique plenam Gange palpant clepsydram,
    Vt stillet humor largius.
115 Quod Gange potius repleant; ditissimi
    Dant hoc honori fluminis.
Iucundus error ac superstitio vetus
    Demulsit alba pectora.
Credunt secundo pulc<h>rius sic omine
120   Certamen auspicarier.
At non ab Azoa Maccasaius vincitur,
    Vtcunque fauceis increpet.
Obliquius sophisma rumpit cornibus,
    Vt cervus obstanteis plagas.
125 Rubiginosis sin premens hastilibus
    Dilemma spissum torqueat:
Exibit arte, qua potest, qua non potest.
    Ictus quis omneis caverit?

104 Bovisque] Bouí— E_1 Boví— *C* | torvitas] toru— E_1 || **105** Post] Pòst E_1C | rite] —è E_1C || **107** zephyri] Z— *A* | theses] T— *A* || **109** ungueis] v— E_1 | aut] ut *C* || **110** erudite] —è E_1C || **111** solvit] —uit E_1 || **112** Scaphamque] —ámque E_1 | scapha] —â *C* || **113** Gange] GANGE *A* | clepsydram] C— *A* || **114** Vt] Ut E_{34} | largius] —ùs E_1C || **115** Quod] Quòd *A* | potius] —ùs *A* || **116** fluminis] F— *A* || **117** Iucundus] J— E_{34} || **119** pulc<h>rius] —criùs *A* || **121** Azoa] AZOA *A* | Maccasaius] MACCASAIVS E_1 MACCASAIUS $E_{34}C$ || **122** Vtcunque] U— E_{34} || **124** Vt] Ut E_{34} | cervus] —uus E_1 || **127** qua] quà *C* | qua] quà *C* || **128** caverit?] cau— E_1 —? E_{34} —! *C*

Panthera qualis capitur, et saltu tamen
130 Fertur supra venabula.
Semel negatum, contumaci cymbalo
Negabit imperterritus.
Ab usitata si recedit semita,
Mulus tenetur auribus.
135 Aut in patentis atque nodis hispidi
Dumeta sacci truditur.
Stridere non cessabit anser, ni prior,
Qui provocavit, desinat:
Circumque densos spineae litis rubos
140 Amissa ploret spicula.
Ne vel iacens credatur esse sub pede,
In ore versat grandinem.
Qui in triumphum ductus, infesti tamen
Decerpit hostis sibila;
145 Adhuc severus, et minarum turgidus,
Plenusque bellis Thraciae.
Mox more Parthi tela vibrantis fugit,
Vel murmur, his absentibus:
Exaudiendus, ceu soporandum mare,
150 Quod ultimo fluctu salit.
Aut quale frangunt nubis impulsae sono
Extrema se tonitrua.
Vtrique donec ravis imponat modum,
Et scamna risu palpitent.
155 VVolfgange, cessas? rideamus nos quoque:
Torpor nocet pulmonibus.

129 et] & *A* || **133** Ab ... semita] Mulus tenetur, quando prolatâ semel E_1 | usitata] –â *C* | semita] –â $E_{34}C$ || **134** Mulus ... auribus] Praeceps abit sententiâ E_1 || **136** sacci] S– *A* || **138** provocavit] prouocauit E_1 || **139** Circumque] Circú– E_1C || **141** iacens] j– $E_{34}C$ || **143** Qui] Quin *E* || **145** severus] seu– E_1 | et] & *A* || **146** Plenusque] –úsque E_1C || **150** ultimo] v– E_1 || **151** quale] –è *A* || **153** Vtrique] U– E_{34} || **155** VVolfgange] VVOLFGANGE *A* | quoque:] –; E_{34}

AD IOANN. BAPT. MUFELINUM.
In celeberrimam Congregationem Macilento-
rum admissum, Anno M. DC. XL.
ODE XIX.
Servanda Tironi.

Ergo dies illa est, in qua videoque proboque
Te mea castra sequi!
Ergo tibi macies placet, admirabile donum,
Lurida visa prius!
5 O felix Mufeline, genus, tua si bona nosti,
Quaeque Agathyrsus habet.
Fer modo constanteis animos; neque cede labori:
Et superabis onus.
Ardua prima via est, (nil dissimulamus) et omne
10 Sentibus horret iter.
Cruda rudimenta, ac plureis terrentia Crassos
Sunt subeunda tibi.
In vallem donec facies subsidat, et ulcus
Detumuisse scias:
15 Hoc opus integro vix tantum evicerit anno
Imperiosa fames.
Quo certe toto nil apponetur edendum,
Flebile praeter olus:

XIX. Titulus IOANN.] JOHANN. E_{34} | MUFELINUM.] —, E_{34} MVFFELINVM E_1 | Macilento-/rum admissum, Anno] Maci-/lentorum a—, / AN. E_1 Macilento-/rum a—. / ANNO E_{34} | M. DC. XL.] M DC XL. E_{34} | Servanda Tironi] Seru— Ty— E_1
1 Ergo] ER— A | videoque] —óque E_1C | proboque] —óque E_1C || **3** macies] MACIES A || **4** prius] —ùs A || **5** Mufeline] , MVFELINE E_1 ,— E_{34} MUFELINE C || **6** Agathyrsus] AGATHYRSVS E_1 AGATHYRSUS $E_{34}C$ || **7** modo] —ò A | animos;] —, E_1 || **9** et] & A || **11** Crassos] CRASSOS A || **13** et] & A | ulcus] v— E_1 || **15** opus] *add. punctum E Hipler* | evicerit] eu— E_1 || **17** certe] —è E_1C

Intritasque alicae glandes, cancrique rubenteis
20 Coctilis exuvias.
Certius ut vacuos penetrent ieiunia vultus,
Permaneatque color:
Interdum rodes putrefactae segmina quercus
Pumice mista cavo.
25 Laevigat iste cibus: crebroque iteratus omasum
Extenuare valet:
Et tandem abdomen plena ab radice revellit,
Diminuitque gulam.
Perfer et obdura. sequitur victoria pugnam:
30 Aspera mollit amor.
Cum venti posuere, genaeque immane dehiscent,
Parta tropaea feres.
Et levis, et velox, et opaci pondere ventris
Liber, ut ales, eris.
35 Cessabunt gemitus: iterum c[o]enare licebit.
Aggredieris aprum
Tutior Alcide. natura subacta negoti
Nil, Mufeline, facit.
Interea miseros convivas riseris hospes,
40 Quos sua massa premit.
Felici tamen ut vitae nil desit, honesti
Stoicus esto tenax.
Inter aqualiculos culpam vitare memento.
C[a]etera trade notis

19 Intritasque] –ásque E_1 | cancrique] –íque E_1 || **20** exuvias] exuu– E_1 || **21** Certius] –ùs A | ut] vt E_1 | ieiunia] jej– $E_{34}C$ **22** permaneatque] –átque E_1 || **23** segmina] semina *Hipler* | quercus] –ûs A || **24** cavo] cauo E_1 || **25** Laevigat] Laeu– E_1 | crebroque] –óque E_1C || **27** plena] –â *C* | revellit] reu– E_1 || **28** Diminuitque] –ítque E_1C || **29** et] & A | victoria] V– A || **31** Cum] Cùm E_1C | immane] –è A || **33** levis] leuis E_1 | et] & A | et] & *A* || **34** ut] vt E_1 || **37** negoti] –î $E_{34}C$ || **38** Mufeline] MVFELINE E_1 MUFELINE $E_{34}C$ || **39** convivas] –uiuas E_1 –ívas *C* || **41** ut] vt E_1 | honesti] HONESTI A || **44** notis] N– *A*

45 In mare Tyrrhenum portanda: et vive beatus,
Perpetuumque tuus.
Quod prohibere nequis medio torrentis in a<e>stu,
Ne prohibere para.
Spem cupidam voti, nec citra mitte, nec ultra:
50 Vtraque meta nocet.
Crastina quid latura dies, sine laetius ullo
Omine nescieris.
Hoc cursu placidum macies tua verget in aevum,
Carmine digna cani.
55 Qualis nostra placet, solidis pellucida costis,
Iam sibi fida satis.
Hanc neque VVestphalici terrent immania porci
Tergora, sumen, adeps:
Nec bos Helveticus surgens in cornua. virtus
60 Cuncta domare potest.
Impleat accensum Phalaris pinguedine taurum:
Nulla tyrannis obest.
Secta vel usta ferens ponat: tormenta fit inter
Fortior ista macer.

45 et] & A | vive] viue E_1 || **46** perpetuumque] —úmque E_1C || **49** ultra] v— E_1 || **50** Vtraque] U— E_{34} || **51** laetius] —ùs A | ullo] v— E_1 || **53** macies] MACIES A | aevum] aeuum E_1 || **56** Iam] J— E_{34} || **59** Helveticus] Helu— E_1 || **64** macer] MACER A

ATAXIA NOSTRI SECULI,
SIVE
Mundi ad occasum vergentis signa.
ODE XX.

Vltima iam venit fatis urgentibus aetas,
Suoque pronus orbis impulsu ruit.
Me non vana queri, testis discordia rerum:
Quae turbat huius prima molis f<o>edera.
5 Insuper immanem portendunt omnia casum,
Priusque nulli monstra visa s<a>eculo.
Vidimus ardenteis mediis in nubibus hastas,
Lateque caelum flammea incensum iuba.
Vidimus adversam soli concurrere lunam,
10 Thebana fratres sicut olim ad moenia.
Vidimus in stabulis vitulos saltare marinos,
Iunctumque damis et capellis Protea.
At loca Tritonum Satyri petiere bimembres:
Qua se Sicano Scylla committit freto.
15 Atque adeo in silvis cantare auditus Arion:
Delphinas inter flere carmen Orpheus.
Latravere boves: humano more locuti
Canes feruntur cum lupis: hi cum grege.
Intremuit vocale nemus migrantibus ornis:
20 Cecinere volucres, quaeque voce non sua.

XX. Titulus SECULI,] —VLI. E_1 —. E_{34} | SIVE] *om. Hipler*
1 Vltima] VL— E_1C UL— E_{34} | iam] j— $E_{34}C$ | fatis] F— *A* | urgentibus] v— E_1C | aetas] AE— *A* || **2** Suoque] Suó— E_1C | orbis] O— *A* || **4** huius] hujus $E_{34}C$ | f<o>edera] foe— E_1 fe— E_{34} || **6** Priusque] Priú— E_1C || **7** mediis] —ijs E_1 || **8** Lateque] —éque E_1C | caelum] co— $E_{34}C$ | flammea] —â *C* | iuba] j— E_{34} jubâ *C* || **9** adversam] adu— E_1 | soli] S— *A* | lunam] L— *A* || **10** sicut] siccut E_{34} || **12** Iunctumque] Iunctú— E_1C J— E_{34} | et] & *A* | Protea] —thea E_1 || **14** Qua] Quà *A* || **15** adeo] —ò E_1C | silvis] syluis E_1 sy— *C* || **17** Latravere] —uere E_1 | boves] boues E_1 || **20** sua] suâ *A*

Oceanus tumuit nullo maria ima movente,
Et absque caus[s]a didicit irasci Thetis.
Incubuere simul boreasque, eurusque, notusque:
Nulloque potuit unda fluctu surrigi.
25 Ipsi etiam patrem venti sprevere rebelles,
Sortemque flandi sede mutarunt nova.
In pluviam siccae solverunt vellera nubes:
Caelo tonanti nullus insedit vapor.
Sparsus sanguinei t<a>etro Phaethontis odore
30 Rubrae viator monstrat exta grandinis.
Sunt, qui de curru narrant cecidisse Booten,
Vrsamque vetito se lavisse gurgite.
Aestas vel calvos monteis, vel frigida canos
Hinc fronde verna nudat, hinc tegit nive.
35 Pluribus in templis sudantia marmora plorant;
Eburque salso rore maculosum gemit,
Dissona in Hercynio strident oracula luco:
Moravas per urbeis aera sponte tinniunt.
Turribus Alsaticis visus consistere bubo,
40 Medium sereni solis irritans diem.
Enceladum movisse latus Trinacria sensit:
Non una reducem sponsa raptorem timet,

21 movente] mou– E_1 || **22** caus[s]a] causa E_1 caussa E_{34} || **23** boreasque] B–ásque E_1C B– E_{34} | eurusque] E–úsque E_1C E– E_{34} | notusque] N–úsque E_1C N– E_{34} || **24** Nulloque] –óque E_1C | unda] v– E_1 || **25** sprevere] –uere E_1 || **26** Sortemque] –émque E_1C | mutarunt] mutâ– E_1C | nova] noua E_1 || **27** pluviam] pluu– E_1 | solverunt] solu– E_1 || **28** Caelo] Co– E_{34} | tonanti] –í C || **29** Phaethontis] Phaë– A || **31** Booten] –on C || **32** Vrsamque] Vrsá– E_1C U– E_{34} | lavisse] lau– E_1 || **33** Aetas] AE– A | calvos] caluos E_1 || **34** verna] –â C | nive] niue E_1 || **36** Eburque] Ebú– E_1C | gemit,] –. E || **37** Hercynio] Herzy– E_1C Herzi– E_{34} || **38** Moravas] –uas E_1 | urbeis] v– E_1C | sponte] –è E_1C || **40** solis] S– A || **41** movisse] mou– E_1 || **42** una] v– E_1 | sponsa] S– A | timet,] –. E

Sulphureos cineres, piceataque stagna Vesevi,
Afflata quoties iam bibit Neapolis!
45 Se quoque subductis fugitiva Calabria campis
Amisit, exsul orbis, et sui prope.
Turba supra pennas, veluti per plana, cucurrit:
Toto recedens vanuit fundo lacus.
Nec procul Elysia repererunt pascua valle
50 Armenta surdis mersa cum pastoribus.
Crudaque non unus tulit Amphiaraus ad Orcum,
Et impolita, nec vocata funera.
Vt visis primum, subque antra labantibus umbris,
Attonita vitae Parca stamen ruperit.
55 Ista tamen dirus praedixerat ante cometes,
Impune nunquam crine promisso rubens:
Qui quat<t>uor retro invaserat Arcton,
Spicamque demum pepulit Erigones manu.
Nam post horribiles, facto velut agmine, formae,
60 Letum, laborque, et mille venerunt striges.
Haud aliter, quam si rup<t>is Titania pubes
Clat[h]ris Averni cuncta traxisset mala.
Turpe fames ringens, et nata cadavere pestis,
Et c[a]eterorum cura morborum parens:

43 piceataque] –áque E_1C | Vesevi] –ui E_1 || **44** iam] j– $E_{34}C$ || **46** exsul] exul E_1 | et] & *A* | prope] –è *C* || **47** pennas] pi– *E* || **49** Elysia] –â E_1C || **51** Crudaque] –áque E_1C | unus] v– E_1 || **53** Vt] Ut E_{34} | primum] –ùm *A* | subque] sú– E_1C | umbris] V– E_1C U– E_{34} || **54** ruperit.] –, *C* || **55** ante] –è E_1C | cometes] COMETES *A* || **56** Impune] –è E_1C || **57** retro] –ò E_1C | invaserat] inu– E_1 || **58** Spicamque] –ámque E_1C || **59** post] pòst *A* | formae] F– *A* || **60** laborque] labó– E_1C | et] & *A* | striges] S– *A* || **62** Averni] Au– E_1 || **63** Turpe] –è *A* | et] & *A* | cadavere] –uere E_1 | pestis] P– *A* || **64** cura] C– *A*

65 Saevaque paupertas, et luxu peior opum vis,
Livorque flavus, et decemplex ambitus:
Quaeque referre mora est, quanquam tolerare necesse.
Exin quietis taedet ac vitae viros.
Ad caedes properant, et strages stragibus addunt.
70 Exacuit in se tela desperatio.
Portitor infernus plenis lassatur acervis,
Reficitque cymbam, et ex<s>ecratur advenas:
Ac quoniam toties urgent examina, conto
Fastidiosus nauta maneis verberat.
75 Non mors una satis. passim disiecta per agros
Hebetant aratrum tristis ossa rustici,
His hominum fraudeis, et fraudibus ad[j]ice noxas:
Et quae tacendo mutus accusat dolor.
Iam scelus est, non esse malum, superosque negare:
80 Se perditurus, ante perdit et deum.
Nomina mutantur. virtus, fortuna vocatur:
Natura, culpa: clara, fastus, indoles.
Arma ferunt legeis, mutataque curia castris;
Strictumque ius districtus ensis dividit.
85 Conspicuis equitat torquata calumnia gemmis:
Damnatus insons trahitur ad restim pudor.

65 Saevaque] Saeuá— E_1 —áque *C* | et] & *A* | peior] pejor $E_{34}C$ | opum] O— *A* || **66** Livorque] Liuó— E_1 —órque *C* | flavus] —uus E_1 | et] & *A* | ambitus] A— *A* || **67** Quaeque] —éque E_1 || **69** et] & *A* || **70** desperatio] D— *A* || **71** acervis] —uis E_1 || **72** Reficitque] —ítque E_1 | et] & *A* | ex<s>ecratur] exe— E_1C exs— E_{34} | advenas] adu— E_1 || **73** urgent] v— E_1C || **74** maneis] M— *A* || **75** una] v— E_1 | disiecta] disj— E_{34} || **76** rustici,] —. *E* || **77** et] & *A* | ad[j]ice] adijce E_1 adjice E_{34} | noxas:] *om. punctum duplex* E_1 || **79** Iam] J— E_{34} | superosque] S—ósque E_1C S— E_{34} || **80** ante] —è E_1C | et] & *A* | deum] DEVM E_1C DEUM E_{34} || **81** virtus] V— *A* | fortuna] F— *A* || **83** mutataque] —áque E_1C | curia] C— *A* | castris;] —: E_1 || **84** Strictumque] —úmque E_1C | ius] jus $E_{34}C$ | dividit] diu— E_1 || **85** equitat] equì— *C* | calumnia] C— *A* || **86** pudor] P— *A*

Vtque foro merces, medio sic cau[s]sa senatu
    Emenda prostat, venditore iudice.
Pro mercede nocens, fortis tenet Herculis arma;
90   Defensor aequi, delicatus est Paris.
V[a]enit honos pretio, v[a]enit provincia nummis:
    V[a]enit potestas <, v[a]e>neunt et virgines.
Tam crudelis amor, quam nunc miserabilis ira est.
    Pendent ab uno saepe vultu proelia.
95 Pa<u>l[l]atim fracti didicerunt fallere risus:
    Mandatur illis militaris ultio.
Sed neque de lacrimis eadem sententia constat.
    Pietatis humor histrioniam facit.
Iamque et fictilibus plebeia aconita bibuntur,
100   Visuntque c[o]enas magna fata pauperes.
Vsque adeo nihil est sinceri. rarus amicus
    Iuvare verso stabilis afflictum cado:
Rara fides. quisquis mentitur verius, omne
    Punctum superbi gratia erroris tulit.
105 Dira patres statuunt: faciunt peiora nepotes,
    Ovo daturi pessimum rupto genus.
Nasus habet pueros duplex, et corpore maior:
    Brevior virilis est supercilio coma.
Prona (quid hoc!) quatiunt iuga, me cantante, triones:
110   Plagis tumultus ex quaternis ingruit!

87 Vtque] U— E_{34} | merces,] —; E_{34} | caus[s]a] causa E_1 caussa E_{34} | senatu] S— *A* || **88** iudice] I— E_1C J— E_{34} || **91** pretio] precio $E_{34}C$ | provincia] prou— E_1 || **92** <, v[a]e>neunt] , vae— *E* | et] & *A* || **93** quam] quàm E_1C || **94** uno] vno E_1 | saepe] —è *C* | proelia] pra— E_1 || **96** ultio] v— E_1C || **97** lacrimis] lacry— *A* || **99** Iamque] Iá— E_1C J— E_{34} | et] & *A* || **100** Visuntque] Visú— E_1C | fata] F— *A* || **101** Vsque] U— E_{34} | adeo] —ò E_1C | sinceri] sy— E_1 || **102** Iuvare] Iuu— E_1 J— E_{34} | cado:] —; E_{34} || **103** verius] —ùs E_{34} || **104** gratia] —â *A* || **105** peiora] pej— $E_{34}C$ || **106** Ovo] Ouo E_1 || **107** et] & *A* | maior] maj— $E_{34}C$ || **108** Brevior] Breu— E_1 || **109** iuga] j— $E_{34}C$ | triones:] T—; *E* T— *C*

Romanae titubant testacea s<a>ecula plantae:
Vix aliquod imo robur ex ferro trahunt.
Si modo non vano Chaldaei somnia regis
Explicuit ore iuvenis, Hebraeum decus:
115 Instat summa dies, et ineluctabile tempus:
Mediumque scissa nube iamiam prospicit<,>
Dum citharas, speculum, thalamos, unguenta, puellas,
Hilaresque vino poscimus rosas; adest.
Intonat. heu tumuli, motique ad classica manes:
120 Heu squalor orbis, heu repens catastrophe!
Fulminat. o cautes atque Acroceraunia ponti:
O mugientum quassa saxa rupium.
Heu mihi! non pacis, sed belli flebile signum
Iris curuli fulta nimbo protulit.
125 Scilicet idcirco radians spectabitur arcus,
Vt plura iudex vibret illo spicula.
Ecce tyrannorum sparsos fuligine vultus!
Pallescit aurum: livet omnis purpura.
Alte consurgit capitum crinalis echinus,
130 Rectisque vertex hispidus setis riget.
Quoquo venturam flexu vitabimus iram?
An eius ulla perditis datur fuga?
O scopuli, vestras late diducite costas.
Quis fulgurantem nubis aspectum ferat?

113 modo] –ò *E* | regis] R– *A* || **114** iuvenis] Iun– E_1 I– *C* J– E_{34} || **115** summa] SVMMA E_1C SUMMA E_{34} | dies] DIES *A* | et] & *A* || **116** Mediumque] –úmque E_1C | scissa] –â *C* | iamiam] j–j– $E_{34}C$ || **117** unguenta] v– E_1 || **118** Hilaresque] –ésque E_1C || **119** motique] motí– E_1C | manes] M– *A* || **120** orbis] O– *A* | catastrophe] C– *A* || **121** o] ô *A* | Acroceraunia] a– *A* || **124** Iris] IRIS E_1C || **125** arcus] A– *A* || **126** Vt] Ut E_{34} | iudex] IVDEX E_1C JUDEX E_{34} || **128** livet] liuet E_1 || **129** Alte] –è E_1C || **130** Rectisque] –ísque E_1C || **132** eius] ej– $E_{34}C$ | ulla] v– E_1 || **133** late] –è E_1C || **134** aspectum] ads– E_{34}

CARMEN SECULARE DE SOCIETATE IESU. ANNO M. DC XL. ODE X[L]<X>I.

Diva, mortaleis miserata casus:
Prima quam parvis Minoressa cunis
Cepit, Hispani patris ex flagranti
Vulnere natam.
5 Pulc<h>er Ignati Mariaeque sanguis:
Vnde diffusum sociale f<o>edus,
Ordinis longa serie, nepotes
Fluxit in omneis.
Dic io paean, ter io triumphe,
10 Fertilis mater, generosa virgo:
Cui rosae dignum pariterque miscent
Lilia sertum.
Rebus adversis animosa, laetis
Cauta crevisti. zephyro cadente,
15 Vexit ad portum boreas sub ipso
Turbine salvam.

XXI. Titulus CARMEN...] LXVIII. / SOCIETAS IESV / D. VIRGINIS PARTVS / EIDEMQVE SACRA. / Carmen seculare ex lib. Epodon, cantatum / ANNO M. DC. XL. / ODE. *OP* | SECULARE] SECV– E_1 | IESU] –V E_1 J– E_{34} | DC] *add. punctum* E_1
1 Diva,] DIVA *EOP* DIVA, *C* || **2** parvis] –uis E_1OP | Minoressa] MINORESSA *A* || **3** Hispani] HISPANI *A* | patris] PATRIS *A* || **4** natam.] –: *OP* || **5** Ignati] IGNATI *A* | Mariaeque] MARIAÉque E_1OP MARIAEque $E_{34}C$ || **6** Vnde] U– E_{34} | f<o>edus] foe– E_1OP fe– E_{34} || **7** longa] –â *C* | nepotes] N– *A* || **9** io] iô *A* | io] iô *A* || **10** mater] M– *A* | virgo] V– *A* || **11** pariterque] –érque *S* || **13** adversis] adu– E_1OP || **14** crevisti] creu– E_1OP | zephyro] Z– *A* || **15** boreas] B– *A* || **16** salvam] saluam E_1OP

Profuit, quisquis voluit nocere.
Te suis hostes aluere bellis:
Foeda tempestas tibi lac et almum
20 Praebuit uber.
Qualis illiso sonat icta ponto
Herculis Calpe, neque dimovetur:
Montibus subter tumidis aquarum
Mole tua stas.
25 Me tibi veras cecinisse laudeis,
Lustra bis deno revoluta cursu
Invehens orbi rota s<a>ecularis
Approbat anni.
Te decent Musae, viridesque lauri:
30 Te decent arae, pietasque alumna
Turis incensi, superumque cura, et
Mysticus horror.
Tu feros cultus hominum reformas.
Voce tu tigreis trahis, et minarum
35 In parum castas inimica mittis
Fulmina nocteis.
Quae tibi rupes, quod iter ferarum
Est inaccessum? quis inhospitalis
Trans nigram Thulen, niveamque Peucen,
40 Angulus orae?

19 Foeda] Fa— E_1OP | et] & *A* || **20** uber] v— E_1OP || **22** dimovetur] —uetur E_1OP || **23** subter] —èr E_1 || **24** tua] tuâ *C* || **26** revoluta] reu—*S* || **27** Invehens] Inu— E_1OP | orbi] O— *A* | rota] R— *OP* | s<a>ecularis] SECVLARIS *S* SECULARIS E_{34} || **28** anni] ANNI *A* || **29** viridesque] —ésque *S* | lauri] L— *OP* || **30** arae] A— *OP* | pietasque] P—ásque *S* P— E_{34} || **31** superumque] S—úmque *S* S— E_{34} | cura, et] — & *EOP* cura, *C* || **34** et] & *A* || **39** niveamque] niueá— E_1OP —ámque *C*

Mons ubi nidum posuere venti:
Bruma iam flava glacie senescit,
Excubant gryp[h]es; tamen ambulatur
Aequoris instar.
45 Cuncta subsidunt sociis, ubique
Exsules vivunt, et ubique cives.
Cui satis virtus, habet unde sola
Sit sibi dives.
Vnico navim quatiente nutu,
50 In salis spumas iacietur asser:
Et tribus distans digitis marino
Funere corpus.
Ad Magellanas aliquis Molucas
Pinea vadet trabe destitutus.
55 Ille Maeotin bibet, et Niphaten
Praeferet Aeno.
Nulla non remis freta verberantur.
Vela iam late tua trudit auster.
Oris afflatu; tua trudit eurus,
60 Trudit Iapyx.
Cognitam mundo quoque fabuloso
Concinunt Seres: similique Iapon
Concolor nobis, alioque vultu
Decolor Indus.

41 ubi] v– E_1 , vbi *OP* || **42** iam] j– $E_{34}C$ | flava] flauâ E_1OP –â *C* || **43** gryp[h]es] Gryphes *A* || **44** Aequoris] AE– *A* || **45** sociis,] S–ijs, E_1 SOCIIS. *OP* S–. E_{34} S– *C* | ubique] v– E_1OP || **46** Exsules] Exu– E_1 | vivunt] viuunt E_1OP | et] & *A* | ubique] v– E_1OP | cives] ciues E_1OP || **47** virtus] V– *A* | unde] v– E_1OP | sola] –â *A* || **48** dives] diues E_1OP || **49** Vnico] U– E_{34} | navim] nauim E_1OP || **50** salis] S– *OP* | iacietur] j– $E_{34}C$ || **54** Pinea] –â *S* || **55** Maeotin] Mo– *A* | et] & *A* || **56** Aeno] O– *S* OE– E_{34} || **58** iam] j– $E_{34}C$ | late] –è *S* | auster] A– *A* || **59** eurus] E– *A* || **61** mundo] M– *OP* || **62** similique] –íque *S* | Iapon] J– E_{34} || **63** alioque] –óque *S*

65 Munus inversae tibi pellis ater
Aethiops debet, niveosque moreis
Fonte lustratus; pluviaeque pauper
Flumina vitae.
Dic io paean, ter io triumphe:
70 Cuius in caus[s]am veniunt tyranni:
Qui peregrina tibi nexuerunt
Fronde coronas.
Qua patet tellus pelagusque late,
Inter extremas, mediamque zonam:
75 Pulc<h>ra certatim tibi missa divum
Purpura fulget.
Claustra Sinarum, Brasilaeque cannae;
Africae saltus, Alemanna castra,
Angliae pingues maduere nostro
80 Sanguine campi.
Sternimus vincti; superamus imi;
Surgimus plures, toties cadendo.
Rubra maioris metimur futuri
Semina messis.
85 Ista praesentis facies: sequenti
Quam, deus, s<a>eclo dabis? utriusque,
Sacra cum Cosmae, sacra Damiani
Astra recurrent.

65 inversae] inu— *E_1OP* || **66** Aethiops] AE— *A* | niveosque] niueó— *E_1OP* —ósque *C* || **67** pluviaeque] pluuiaé— *E_1OP* —íaeque *C* || **69** io] iô *A* | io] iô *A* || **70** Cuius] Cujus *E_{34}C* | caus[s]am] caussam *EOP* || **71** peregrina] —â *C* || **73** Qua] Quà *A* | pelagusque] —úsque *S* | late] —è *A* || **74** mediamque] —ámque *S* | zonam] Z— *OP* || **75** divum] Diuûm *E_1OP* Divûm *E_{34}C* || **77** Brasilaeque cannae] —éque c— *E_1* Brasilae paludes *OP* || **82** plures,] *om. comma OP* || **83** maiores] maj— *E_{34}C* || **85** praesentis] P— *OP* | sequenti] S— *OP* || **86** , deus,] DEVS *E_1OP* DEUS *E_{34}* , DEVS, *C* | s<a>eclo] seclo *EC* Seclo *OP* | utriusque] v— *E_1OP* || **87** Cosmae] COSMAE *A* | Damiani] DAMIANI *A* || **88** recurrent.] —! *E_1OP* —? *Müller Hipler*

INITIA EPODON

INDEX NOMINVM

asterisco titulus significatur

METRORVM CONSPECTVS

Indices Vollmerianos (cf. Q. Horatii Flacci Opera, ed. Klingner, Lipsiae ^{6}1982, pp. 314–321) adhibui; contulique quid Benno Müller (Monachii ^{1}1844, pp. 135–141) et Franciscus Hipler (Monasterii 1856, pp. 347–350) de metris Baldianis dissererent. Pedes metricos singulis formis simplicibus descriptos reddidi.

DACTYLI

hexameter heroicus – Vollmer 1

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×

E. 1, 5, 6, 7, 10, 12, 15, 17, 19, 20

cf. systemata epodon III, V, VI

tetrametrum catalectum (Archilochium) – Vollmer 3

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×

E. 17

cf. syst. epo. III

dimetrum hypercatalectum (hemiepes) – Vollmer 4

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ×

E. 5, 6, 10, 12, 19

cf. syst. carminum X

dimetrum catalectum (Adonius versus) – Vollmer 5

– ⏑ ⏑ – ×

E. 21

cf. syst. carm. VI

IAMBI

senarius versus – Vollmer 6

∪ – ∪ – ∪ || – ∪ – ∪ – ∪ ×

E. 1, 20

cf. syst. epo. VI

trimetrum – Vollmer 7

∪ – ∪ – × || – ∪ – × – ∪ ×

E. 2, 3, 4, 8, 9, 11, 13, 14, 16, 18

cf. syst. epo. I, II, VII

dimetrum (Archilochium) – Vollmer 10

× – ∪ – × – ∪ ×

E. 2, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 18

cf. syst. carm. X

cf. syst. epo. I, V

MIXTA ET COMPOSITA

versus Sapphicus hendecasyllabus (minor) – Vollmer 20

– ∪ – – – || ∪ ∪ – ∪ – ×

E. 21

cf. syst. carm. VI

versus elegiambus – Vollmer 24

– ∪ ∪ – ∪ ∪ × || × – ∪ – × – ∪ ×

E. 3

cf. syst. epo. II

SYSTEMATA CARMINVM

Sapphicum. tres versus Sapphicos (20) sequitur Adonius (5) – Vollmer VI

– ∪ – – – || ∪ ∪ – ∪ – ×
– ∪ – – – || ∪ ∪ – ∪ – ×
– ∪ – – – || ∪ ∪ – ∪ – ×
– ∪ ∪ – ×

E. 21

Archilochium alterum. hexametrum (1) bis sequitur hemiepes (4) – Vollmer X

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ‖ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ×
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ‖ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ×

E. 19
E. 5, 6, 12: sequitur dimetrum (10)
E. 10: hexametro (1) additur dimetrum (10), sequitur hemiepes (4)

SYSTEMATA EPODON

trimetrum iambicum (7) cum dimetro (10) – Vollmer I

⏑ – ⏑ – × ‖ – ⏑ – × – ⏑ ×
× – ⏑ – × – ⏑ ×

E. 2, 4, 8, 9, 11, 13, 14, 18

trimetrum iambicum (7) cum elegiambo (24), addita alia divisione – Vollmer II

⏑ – ⏑ – × ‖ – ⏑ – × – ⏑ ×
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ × ‖ × – ⏑ – × – ⏑ ×

E. 3

hexameter (1) cum tetrametro dactylico catalecto (3) – Vollmer III

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×

E. 17

hexametrum (1) sequitur dimetrum iambicum (10) – Vollmer V

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ×
× – ⏑ – × – ⏑ ×

E. 7, 15

hexametrum (1) sequitur senarius (6) – Vollmer VI

_ ◡ ◡ _ ◡ ◡ _ ◡ ◡ _ ◡ ◡ _ ◡ ◡ _ ×

◡ _ ◡ _ ◡ ‖ _ ◡ _ ◡ _ ◡ ×

E. 1, 20

trimetra iambica (7) – Vollmer VII

◡ _ ◡ _ × ‖ _ ◡ _ × _ ◡ ×

E. 16

SYLLABVS EPODON

adiecto metro cui quisque convenit

EPODVS	**METRVM**
1	syst. epod. VI
2	syst. epod. I
3	syst. epod. II
4	syst. epod. I
5	syst. carm. X
6	syst. carm. X
7	syst. epod. V
8	syst. epod. I
9	syst. epod. I
10	syst. carm. X
11	syst. epod. I
12	syst. carm. X
13	syst. epod. I
14	syst. epod. I
15	syst. epod. V
16	syst. epod. VII
17	syst. epod. III
18	syst. epod. I
19	syst. carm. X
20	syst. epod. VI
21	syst. carm. VI

Rüdiger Vischer

Lateinische Wortkunde
für Anfänger und Fortgeschrittene

Nachdruck der 3. durchgesehenen und erweiterten Auflage
Mit einem Fundstellenverzeichnis

2001. 231 S. Kt. € 18,80/sFr 23,–
ISBN 3-598-77407-9

Lektürewichtiger lateinischer Wortschatz nach Worthäufigkeit

Anordnung in Wortfamilien

Anfängerwortschatz rund 650 Wörter

Durchschnittswortschatz Großes Latinum rund 1800 Wörter

Wortschatz einzelner Autoren:
Cicero, Caesar, Sallust, Livius, Tacitus, Terenz, Vergil, Horaz, Ovid

Beispiele und neusprachliche Weiterbildungen

Fundstellenverzeichnis

